



**R. P. Ildephonsi Peñafiel E' Societate Jesu, Quondam In
Cusquensi Collegio Sacrae Theologiae Primarij
Antecessoris ... Theologia Scholastica Naturalis**

Peñafiel, Alonso

Lugduni, M.DC.LXXIIX.

[Qvæstio I. Quid sit formaliter possibilitas, & in quo essentia eius
consistat.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95892](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95892)


3. Item datur malum oppositum oppositum bono convenienti, quod consistit in disconvenientia respectu alicuius, cuius malitia iam in privativo; iam in positivo consistit, siccitas, & calor suis entitatibus positivis disconvenientes sunt aqua, & sic hæc disconvenientia in positivo consistit. Malitia disconvenientiæ privativa est carentia frigiditatis, seu humiditatis in aqua, & carentia vitæ in homine, & ut universalis definiatur, nihil aliud est quam carentia convenientiæ respectu alicuius, vel rei convenientis, itaque aqua habet duo mala, & siccitatem, & calorem, quæ sunt malum positivum, & carentiam frigiditatis, & humiditatis; unde si aqua haberet simul humiditatem & siccitatem, calorem & frigiditatem, non haberet tantum mali, ac si haberet tum siccitatem, tum carentiam humiditatis, & siccitatem in malis pœnæ damnatorum tormenta sunt illi mala positiva, non solum quia privant lætitiâ, ut ait Augustinus: sed quia tam horridi cruciatus se ipsis sunt disconvenientes damnatis, v.g. ignis per alligationem, vel elevationem, non solum corpora damnatorum: sed etiam animas, & spiritus cruciatibus afficiunt.

4. Ultimo hoc malum dividitur in malum morale, & physicum; physicum, ut calor, & carentia, frigiditatis, ut diximus in aqua. Morale, ut peccatum mortale, seu culpa lethalis, cuius formalitas consistit in carentia, seu privatione rectitudinis debite actui *ut quo, potentia ut quid*, de quo latissime 1. 2. agitur.



DISPUTATIO VII.

De Divisione entis in possibile, & actuale.



QVÆSTIO I.

Quid sit formaliter possibilitas, & in quo essentia eius consistat.

SECTIO I.

Sententiæ Adversariorum ponuntur.

P RIMA sententia asserit possibilitatem formaliter esse negationem primariam, & immediatam actualis existentie, ac proinde esse contradictorium immediatum illius, cum connotatione tamen existentie pro statu extractionis extra causas. Hæc sententia falso attribuitur Patri Suarez, ut ex ipsius verbis postea citandis patebit, imo nullius auctoris est, non solum eorum qui sua scripta typis mandarunt, imo ni fallor, neque eorum, qui in scriptis metaphysicam discipulis reserant, præter unum solum metaphysicum Neotericum, alioqui doctum in hoc negotio minus solidum, in cuius sententia oculis usurpabitur quantum humanæ mentis acumen machinetur, si difficultatum abstrusarum pondere, & argumentorum firmissimis lateribus nimirum quantum

opprimatur, huius auctoris vestigijs, firmissime insistant, qui tanquam latentes perbiberunt.

Probatur primo, quia illam (ut ipsius auctoris verbis utar) conceptis verbis docuit Aristoteles *nono metaph. c. 3.* quando protulit, non entium quædam potentia sunt, non autem sunt, quoniam endecechy (id est actu) non sunt, ex quo loco manifeste probatur nostra conclusio. Creatura possibilis ex Arist. est potentia solum ens: ergo actu est non ens: sed non ens formaliter est quædam negatio entis: ergo creatura possibilis est formaliter negatio quædam entis. Primum antecedens ostendit Aristoteles inde, quia quæ endecechy, id est, actu non sunt, non sunt ens actu, quia per endecechyam, sive per actualitatem existendi res sunt formaliter entia: atqui creaturæ possibiles non sunt endecechy: ergo neque sunt entia actu: ergo ut sic dicunt formaliter negationem sive carentiam actualitatis, & existentie.

Secundo, quia creatura possibilis, lapis, v. g. in se, & ex se est possibilis, & non ab omnipotentia Deizimo ideo illam omnipotentia potest producere, quia ex se non repugnat produci: ergo in se, & ex se habet aliquod esse, quod sit, vel in quo fundetur illa non repugnantia: sed hoc nequit esse positivum actuale: ergo est negatio aliqua; tunc sic, negatio est alicuius positivi negatio, sed hoc positivum aliud esse non potest ab actuali existentia ipsius lapidis: ergo possibilitas est negatio actualis existentie. Minor sic probatur, quia in lapido solum considerari potest esse possibile, & esse actuale, & existentiale eius: sed possibilitas lapidis non negat esse possibile ipsius lapidis, alias ipsa possibilitas lapidis esset impossibilitas lapidis; negat ergo solum esse actuale, sive actualement ipsius lapidis existentiam.

Tum etiam, quia sicut negatio non opponitur immediatè alteri negationi; ita neque immediate illam removeret: ergo possibilitas lapidis non remouet ipsum esse possibile.

Dices esse negationem repugnantiam.

Sed contra, quia negatio repugnantie non est negatio, sed positivum: ergo negatio quâ importat formaliter possibilitas creaturæ, non est negatio repugnantie per se ipsam formaliter. Antecedens probatur, quia negatio negationis non est negatio sed positivum, quia duæ negationes simul sumptæ non negant, sed affirmant; unde nonnullus, idem est, ac aliquis, & necnon, idem est ac sic: atqui repugnantia est negatio: ergo negatio repugnantie est negatio negationis, ac proinde non est negatio sed positivum.

SECTIO II.

Nostri sententia ponitur.

Conclusio: possibilitas non est formaliter, & primario negatio existentie. Hæc sententia est communis, & certa.

SVBSECTIO I.

Auctoritate probatur conclusio.

Auctoritas sumitur ex Divo Thoma 1. par. 6 quæst. 25. art. 3. in corpore, ubi post multa sic ait.

Quæst. I. Quid sit formaliter possibile. 413

ait. Vnde quidquid potest habere rationem entis continetur sub possibilibus absolutis, respectu quorum Deus dicitur omnipotens, nihil autem opponitur rationi entis nisi non ens; hoc igitur repugnat rationi possibilis, quod subditur Divinæ omnipotentia quod implicat in se esse, & non esse simul, hoc enim omnipotentia non subditur, quia non potest habere rationem factibilis, nec possibilis.

7 Explicans autem ipse Angelicus Doctor in part. quæst. 9. art. 2. quomodo possibile subdatur omnipotentia, sic ait: omnes creaturæ antequam essent non erant possibles esse per aliquam potentiam creatam, sed per solam potentiam divinam, in quantum Deus potest eas in esse producere, explicans autem quid sit creaturas possibles producere sic ait quæst. 3. de potentia. Ex hoc ipso quod quidditati esse tribuitur non solum esse, sed ipsa quidditas creari dicitur, quia antequam esse habeat non est. Idem asserit quæst. 1. & 2. de potentia. 4. contra Gentiles, & multis alijs in locis, ubi semper eadem pene verba repetit.

8 Quibus tria clarissima docet, primum possibile ut possibile esse ens, & contineri sub ente. Secundum non ens, id est negationem entis in actu, quod est existens (hoc enim absolute ens dicitur ut & ipsi adversarij fatentur) repugnare possibili, & non esse factibile, nec possibile. Tertium est quod possibile adiungitur esse, quod asserit illis verbis. Ex hoc ipso quod quidditati esse tribuitur, quæ quidditas antequam esse haberet, non erat.

9 Ex quibus evidenter sequitur, contradictorium entis in actu, seu negationem existentia non esse possibilitatem rei, siquidem est repugnantia maxima essendi, & absolute, & simpliciter non est ens totaliter, & adæquate, quia totaliter, & adæquate est negatio entis. Deinde ex secundis verbis sic argumentor, quia ex Divo Thoma possibilitati, seu quidditati possibili adiungitur esse seu existentia, ut patet ex verbis nuper citatis: sed contradictorio existentia, hoc est negationi primariæ actualitatis non potest coniungi existentia, imo repugnat maxime talis coniunctio, quia contradictorium immediate destruit suum oppositum, quapropter vnum contradictorium cum altero contradictorio sibi immediato opposito nullo modo, neque divinitus, aut per potentiam absolutam potest coniungi: ergo possibilitas in sententia Divi Thomæ nullo modo est contradictorium existentia.

10 Etiam est expressa sententia Aristotelis lib. 9. metaph. cap. 1. ubi dividens ens, sic ait. [Sed quoniam ens partim dicitur quid, aut quale, partim potentia, & actu] & paulo post eodem cap. explicans quid sit ens potentia sic ait. Quod igitur potentia ipsumque posse multis modis dicatur, quo pacto in Geometrica, & possibili, ubi clare ait Aristoteles possibile esse ens: ergo possibile non est contradictorium entis simpliciter, quod est existens. Amplius explicat suam mentem ipse Aristoteles eodem lib. cap. 3. dum sic ait, ut aliquid possibile sit, illud autem est possibile, cui si is actus evenierit, cuius potentiam habere dicitur, nihil evenit impossibile.

11 Quibus verbis primo asserit id quod privatum est potentia non esse possibile, dum præterea ait cap. 3. si id impossibile est quod potentia privatum est id sane, quod non sit impossibile erit fieri: sed negatio existentia negata est potentia ut

existat, vel sit, quia per se ipsam non est potens existere cum sit negatio existendi, neque etiam est potens per existentiam cuius contradictorium est, quia vnum contradictorium, nec dicitur posse esse, nec potens esse propter alterum contradictorium, quia vnum contradictorium est destructivum alterius, quia est non esse formale alterius: ergo illa negatio existentia absolute non habet potentiam ut existat: ergo non est possibilitas existendi in sententia Aristotelis, sed potius quantum est ex se est impossibilitas existendi.

SVBSECTIO II.

Ratione prima probatur nostra conclusio.

Q Via possibilitas rei est ratio formalis sub qua omnipotentia Dei tribuit esse existentia, id est existentiam creaturæ, seu est id formaliter, ratione cuius omnipotentia producit creaturam, & reddit ipsam existentem: sed negatio primaria existentia, quæ est contradictorium illius non potest esse ratio formalis, sub qua omnipotentia tribuit esse existentia, & reddit creaturam existentem: ergo negatio existentia, seu contradictorium immediatum illius non est possibilitas creaturæ.

Maiores est evidens, (licet negetur ab adversarijs in hoc negotio secutentibus, offunduntur enim huius demonstrationis radiant luce, ac veluti nocturnæ tantæ claritatis splendorem effugiant, ac proinde negando illam maiorem demonstrationi tenebras offundere nituntur, cuius conatus, hac ratione labefactantur) & sic demonstratur, quia illa est ratio formalis sub qua alicuius potentia, quæ constituit obiectum terminativum talis potentia in esse potentis, & capacis terminandi actionem, & actum illius potentia, & ratione cuius ipsum obiectum terminat talem actionem; sed existentia creata, quæ est obiectum terminativum omnipotentia, constituitur in esse potentis, seu capacis terminandi actionem omnipotentia per possibilitatem, & ratione huius illa existentia terminat actionem productivam omnipotentia: ergo possibilitas creaturæ est ratio formalis sub qua omnipotentia, seu est ratio formalis quare omnipotentia producit creaturam, & reddit ipsam existentem. Maior est evidens, nam ideo intelligibilitas est ratio formalis sub qua intellectus, quia est id, per quod constituitur formaliter obiectum terminativum intellectus in esse capacis terminandi actum intellectus, & idem est de amabilitate respectu voluntatis, de odibilitate respectu odij, de visibilitate respectu potentia visiva, & tandem de sensibilitate respectu omnium sensuum: ergo illa est ratio formalis sub qua alicuius potentia, quæ constituit obiectum terminativum illius in esse capacis, & potentis terminare actionem, & actum talis potentia, & ratione cuius terminat talem actum; minor illa sic demonstratur, quia existentia creaturæ constituitur per possibilitatem in esse possibilis produci à Deo, sed possibile produci à Deo est capax, seu potens terminare actionem omnipotentia: ergo existentia creaturæ per possibilitatem constituitur in esse capacis, & potentis terminare actionem, & actum omnipotentia Divinæ. Maior est evidens ex ipsis terminis, quia sicut existentia constituitur intelligibilis per intelligibilitatem,

& visibilis per visibilitatem, ac tandem appetibilis per appetibilitatem, ita existentia creaturæ constituitur formaliter in esse possibilis produci à Deo per possibilitatem.

14 Minor illa sic demonstratur, quia nihil aliud est possibile produci à Deo, quam quod potest produci ab ipso, sicut nihil aliud est intelligibile ab intellectu Divino, quam quod potest intelligi ab ipso, & idem est de visibili, & ideo peccatum est odibile à Deo, quia potest odio haberi ab ipso, sicut è contra Spiritus Sanctus non est odibilis à Patre, neque à filio, quia non potest odio haberi ab illis: sed quod potest produci à Deo est potens produci ab ipso, & capax ut producat ab eodem; ergo possibile produci à Deo est capax seu potens ut producat ab ipso: tum sic, id quod est potens produci à Deo est potens terminare actionem Dei, seu est potens esse terminum actionis divinæ: sed possibile ut possibile produci à Deo, est potens produci ab ipso: ergo est potens terminare productionem divinam, seu actionem productivam omnipotentia, itaque possibile produci à Deo, capax ut producat à Deo, potens produci ab ipso, & potens terminare actionem divinam sunt synonyma, ac proinde ab eadem ratione formali debent constitui, sicut gladius, & ensis: sed existentia creaturæ constituitur per possibilitatem in esse possibilis produci, seu in esse potentis produci: ergo per eandem possibilitatem constituitur esse potentis terminare actionem divinæ omnipotentia.

15 Vergetur declaratur amplius, quia illa ratio formalis, quæ se habet ex parte obiecti terminativi omnipotentia, seu cuiuscunque potentia constituitur cum tali obiecto vnum concretum, & significatur per nomen in *bili*, simile denominationi potentia, est ratio formalis sub qua tale obiectum terminativum attingitur à potentia, & ipsum obiectum terminat actionem talis potentia, ut videre est in sensibilitate, intelligibilitate, appetibilitate, &c. quæ propter rationes dictas sunt rationes formales sub quibus talium potentiarum: sed possibilitas creaturæ est ratio formalis significata per nomen in *bili*, quando ponitur in concreto, hoc est concretum quod constituitur ab illa simile denominationi, quam habet potentia Dei, nam si hæc vocatur potentia illud possibile dicitur, & constituit vnum concretum cum existentia creaturæ, quæ est obiectum terminativum omnipotentia: ergo possibilitas est ratio formalis sub qua omnipotentia.

16 Evidentius ad hominem sic argumentor, quia ipsi adversarii dicunt facultatem creaturæ esse rationem, sub qua omnipotentia, verba eorum hæc sunt. Ratio igitur formalis sub qua omnipotentia producit rem, est facultas ipsius: sed possibilitas creaturæ est facultas ipsius: sed productibilitas eiusdem; ergo possibilitas creaturæ est ratio formalis sub qua omnipotentia. Minor sic demonstratur, quia possibilitas creaturæ est id per quod constituitur creatura in esse potentis existere, sicut amabilitas est id per quod constituitur creatura in esse potentis amare: sed possibilitas creaturæ non est id, per quod constituitur creatura in esse potentis existere ut sic, quia hoc est commune Deo, & creaturis: sed potius potens existere per existentiam, quæ debet fieri, causari, & produci à Deo seu effici ab ipso, hoc est per existentiam factibilem, producibilem, & creabilem: ergo possibilitas creaturæ est factibi-

litas, producibilitas, vel creabilitas illius. Patet hæc consequentia, quia possibilitas eo quod sit capacitas ad existendum denominatur possibilitas: sed est capacitas ad existendum factibiliter, seu producibiliter, & causaliter, hoc est ad existendum per existentiam, quæ non potest aliter esse, nisi per effectiorem, causalitatem, & productionem: ergo possibilitas creaturæ non est quomodocumque possibilitas: sed etiam factibilitas, causalitas, & producibilitas existentia, nam omnis illa ratio quæ se habet ex parte existentia constituitur in ipsam in esse potentis in actu exercito existere, eo modo quo est potens existere creatura est possibilitas eius: sed nullo alio modo est potens existere creatura, nisi per effectiorem, productionem, & causationem à Deo: ergo possibilitas creaturæ est factibilitas eiusdem.

Vergetur, quia Deus est possibilis à possibilitate, quæ non connotat effectiorem, causationem, & productionem: sed potius connotat existentiam, quæ à se est, sine ulla productione, & effectione: unde hæc possibilitas non est factibilitas, nec producibilitas: sed possibilitas creaturæ ut distincta à possibilitate Dei connotat existentiam possibilem, seu producibilem per effectiorem, causationem, & productionem: ergo possibilitas creaturæ est factibilitas, producibilitas, & causalitas creaturæ, seu est capacitas per quam non repugnat fieri, causari, & produci creatura: itaque creatura, & Deus conveniunt in non repugnantia ad existendum, seu in capacitate ad existendum, seu in esse possibilis, à quibus ratio possibilitatis, ut sic abstrahitur, per quam constituitur res ut sic in esse possibilis, aut non repugnantis existere ut sic, quæ ratio participatur à possibilitate divina, & à possibilitate creaturæ, & contrahitur ad illas, per differentias proprias utriusque: sed differentia possibilitatis divinæ est connotatio existentia, quæ non est per effectiorem: sed à se omnino sine causa: ergo differentia possibilitatis creaturæ est connotatio existentia factibilem per creationem à causa: unde Deus est possibilis & non factibilis, creatura est possibilis, factibilis, & creabilis, quare sicut Deus non repugnat existere, ita creatura non repugnat existere, & sic conveniunt in non repugnare existere: sed cum hac differentia, quod Deus non repugnat existere existentia quæ ex se est, & creatura non repugnat existere existentia facta, seu producta ab alio: ergo sicut possibilitas Dei est infactibilitas, & incausabilitas, seu improducibilitas, ita è contra possibilitas creaturæ est factibilitas, producibilitas, & producibilitas existentia creatæ: sed producibilitas factibilitas, & causalitas creaturæ, seu existentia creatæ non est contradictorium illius: ergo neque possibilitas creaturæ potest esse contradictorium rei: quia demonstratione manifesta convincuntur aliqui in manuscriptis distinguentes in creatura possibilitatem à factibilitate.

Confirmatur amplius, quia possibilitas in omnium sententia, etiam adversariorum est potentia logica, ut creatura fiat à Deo, & sic ratione illius creatura, seu existentia illius non repugnat produci à Deo, neque dicit implicationem ut actus omnipotentia terminetur ad creaturam producendam: sed potentia logica, ut aliquid producat ab aliquo à potentia, seu fiat ab illa est ratio formalis sub qua talis potentia: ergo possibilitas, quæ est potentia logica (sive positiva, sive

Quæst. I. Quid sit formaliter possibile. 415

sive negativa, quia ad præsens institutum quodcunque sufficit, & dicit non repugnantia, ut actio omnipotentia exerceatur circa creaturam tribuendo illi existentiam, erit ratio formalis sub qua omnipotentia dat esse existentia, & ipsam existentiam creaturæ. Maior patet, minor sic probatur, quia dirigibilitas actus intellectus in ordine ad directionem syllogisticam, & artificium logicum est ratio formalis sub qua logica, & idem est de dirigibilitate ligni respectu artis fabrilis. Item sanabilitas hominis est ratio formalis sub qua medicina, quia sunt potentia logica ex parte actus intellectus ligni, & corporis, ut virtus logica, seu potentia illius artis fabrilis, & medicina exerceantur per actus proprios circa talia obiecta: ergo potentia logica, quæ se tenet ex parte obiecti alicuius potentia, ut ipsa potentia exerceatur circa tale obiectum est ratio formalis sub qua talis potentia.

19 Et ratio evidens est, quia & contra invisibilitas est ratio formalis, quare Angelus non possit videri oculis corporeis, unde visibilitas debet esse ratio formalis, quare coloratum, & lucidum possit terminare visum, & est ratio formalis sub qua terminetur ad illud obiectum: ergo similiter fit possibilitas est capacitas passiva, seu potentia logica, ut obiectum producat ab omnipotentia, erit ratio formalis sub qua omnipotentia, sicut impossibilitas, & non alia ratio est ratio formalis quare omnipotentia non possit venari circa chimeram, quia ex parte omnipotentia non deficit virtus ad omne illud, quod possibile fuerit: ergo possibilitas erit ratio formalis quare vel sub qua potentia tribuit esse existentia.

20 Nam illud idem per quod potest formaliter obiectum terminare actionem potentia, & per quod formaliter distinguitur ab impotenti, vel impossibili est ratio formalis quare potentia possit producere, & exercere suam actionem circa illud, nam per idem formalissime potest fieri creatura a Deo ac omnipotentia ex parte creaturæ potest exerceri circa ipsam, & est ratio formalis sub qua ipsius potentia, nam eadem numero visibilitas, quæ est ratio formalis constituendi obiectum in esse potentis videri, eadem est ratio formalis sub qua potentia visiva videt obiectum: ergo similiter cum possibilitas sit ratio formalis sub qua constituitur obiectum in esse potentis produci, erit etiam ratio formalis sub qua omnipotentia tribuit esse creaturæ.

21 Vergetur, quia contrariorum eadem est disciplina, & ratio, sed solum quia in chimæra deficit possibilitas seu factibilitas, deficit in eadem ratio formalis sub qua omnipotentia tribuat esse chimære: ergo solum ex vi possibilitatis opposita impossibilitati, quæ datur in chimæra, dabitur in existentia creaturæ ratio formalis sub qua omnipotentia, sicut bene valet sola carentia visus est ratio formaliter constituendi non videntem hominem: ergo ipsa forma visus opposita tali carentia, & cæcitati sola erit ratio formaliter constituendi videntem.

22 Tandem, quia omnipotentia activa correspondet potentia passiva, quæ sit ratio formalis sub qua talis potentia activa: sed omnipotentia Dei est potentia activa: ergo ex parte obiecti omnipotentia, quæ est existentia creaturæ correspondet potentia passiva, ut fiat existentia à tali potentia activa, & quæ sit ratio formalis sub qua omnipotentia: sed hæc non est alia nisi possibi-

litas: ergo possibilitas est ratio formalis sub qua omnipotentia. Minor sic probatur, quia potentia illa passiva quæ correspondet activæ in obiecto ipsius, & est ratio sub qua potentia, est ut supra dixi, semper significata per nomen, cuius terminationis finitur in *bilitas*, ut amabilitas, intelligibilitas, &c. & est similis denominationis denominationi potentia, & actioni talis potentia, quæ informando obiectum constituit concretum finitum in *bile*, ut amabile, visibile, &c. sed in existentia creata sola possibilitas finitur ut diximus, & constituit concretum in *bile* simile denominationi potentia, & actus eiusdem: nam v. g. possibilitas constituit cum existentia quæ est obiectum omnipotentia hoc concretum possibile simile denominationi potentia, nam sicut audibile assimilatur potentia auditiva, ita etiam possibile à Deo assimilatur Dei potentia, & quia talis potentia respectu existentia possibilis non est potentia ut sic, sed potentia factiva, & causativa, seu creativa existentia, quæ denominatur à possibilitate possibilis, non solum denominatur possibilis ut sic, sed etiam possibilis, factibilis, causabilis, & creabilis, ita ut in tali existentia sub tali ratione formali prædicatum possibilis correspondeat virtuti divinæ, quatenus potentia, & ipsa existentia ut factibilis correspondeat ipsi potentia divinæ, quatenus factiva: ergo adæquata ratio sub qua omnipotentia constitutiva existentia in esse obiecti capax terminandi actionem omnipotentia divinæ, non solum est possibilitas ut sic: sed etiam possibilitas, quæ factibilitas est, quia quidquid est formaliter in concreto, est formaliter in abstracto constitutivo talis concreti, quidquid enim est in effectu formali, quatenus tali ut quod, est in ratione formali constitutiva illius ut quo, quia nihil continetur in effectu quatenus talis, quod non contineatur in causa qua tali, &c. sed existentia in concreto, & ut est effectus formalis possibilitatis, & ut constituitur ab illa in esse possibilis, est possibilis factibilis: ergo possibilitas eius est factibilitas: sed per vos factibilitas existentia est ratio formalis sub qua omnipotentia: ergo possibilitas creaturæ est ratio formalis sub qua omnipotentia: ergo male negarunt adversarii maiorem nostri primi syllogismi, quæ continet hanc veritatem.

Dicunt adversarii respectu existentia creatæ 23 dari duplicem rationem, quæ possibilitas dicitur, seu factibilitas, primam vocant in transitivam, & aiunt esse idem quod existentia, & essentia actualis rei, & hanc vocant esse rationem formalem sub qua omnipotentia, & ab hac asserunt præcipue denominari rem factibilem.

Secundam possibilitatem asserunt esse transitivam, quæ nihil aliud est quam contradictorium existentia, & essentia actualis, ac proinde contradictorium immediatum factibilitatis in transitive, & hanc etiam asserunt esse factibilitatem rei, & non esse rationem formalem sub qua omnipotentia.

Sed contra hanc solutionem insurgo primo, & 25 in primis falsum est dicere contradictorium existentia posse vocari possibilitatem transitivam, quia alias duo contradictoria eodem nomine gauderent, saltem secundum rationem communem, quod est omnino falsum, quia sicut duo contradictoria nullo modo conveniunt inter se ratione maximæ, & immediatæ oppositionis, quam habent inter se, ita similiter non debet dari unum nomen

nomen in quo conveniant, & per quod conveniant inter se in aliqua ratione significantur, quia vel tale nomen est verum vel falsum, si falsum non loquimur de eo, verum non potest esse, quia nomen verum est id, quod significat rem eo modo quo est in se. Sed à parte rei nullo modo conveniunt duo contradictoria: ergo à partem non potest dari aliquod verum nomen, quod vere significando, ut vnum terminetur ad duo contradictoria, quia ex unitate nominis veri terminati ad duo obiecta colligimus illa obiecta convenire inter se in aliqua ratione, quæ significetur per tale vnum nomen: nam obiecta in ea ratione qua opponuntur per vnum nomen verum non significantur ratione oppositionis quam habent inter se.

26 Exemplis clarissimis hoc demonstratur, homo & brutum secundum vnam rationem significantur per vnum nomen, animal videlicet, quia in ratione animalis, seu viventis sensibilis conveniunt, & non opponuntur, sub alijs autem rationibus non possunt vno nomine significari vere; videlicet, quatenus homo est rationalis, & brutum est irrationale, quia in illis rationibus non conveniunt, sed opponuntur contrarie, & idem est in nigredine, & albedine, quæ contrarie physice opponuntur; ipse enim, quia partim conveniunt in ratione qualitatis ut sic per vnum nomen significantur, & quia partim differunt, & opponuntur in esse albedinis, & nigredinis in illis rationibus nullo modo eodem nomine significantur exprimens albedinem ut albedinem, & nigredinem ut nigredinem; si autem in nulla ratione convenirent, sed in omnibus rationibus opponerentur, nullo modo vno nomine significantur, quia autem oppositio contraria est minima omnium oppositionum, quæ comparatur cum aliqua convenientia, ideo patitur huiusmodi denominationem, vel ut melius loquar, comparatur cum illa.

27 Quod è contra contingit in oppositis privativis, quæ quia in nulla ratione aut superiori, aut inferiori conveniunt: sed potius adæquate opponuntur, nullo modo vno nomine sub ratione expressa illarum significantur, ut videre est in vita & morte, in cæcitate & visu, in tenebris & luce, quæ tam diversis nominibus appellantur; unde maxime erraret qui vocasset vitam nomine mortis, transitive, vel intransitive; ac proinde perperam erraret, qui carentiam visus potentiam visum transitive vocaret, aut visum, carentiam transitive, & lucem tenebras transitive, aut è contra carentiam lucis in aère transitive lucem vocaret, solum quia est terminus à quo productionis lucis, qui destrui debet per introductionem lucis, cuius intolerabilis erroris causa, & ratio adæquata esset sine dubio oppositio talis inter huiusmodi extrema, quæ sicut non conveniunt in re, non possunt convenire in eodem nomine.

28 Tunc sic, magis opponuntur duo contradictoria, ac magis totaliter, & adæquate adversantur, & magis immediate quam opposita privativa; ergo si ratione oppositionis vnum extremum privativum non potest significari nomine alterius, etiam si millies addatur particula transitive: ergo à fortiori, & aequiori iure non poterit vnum contradictorium denominari nomine alterius, etiam si addatur millies particula transitive, quapropter intolerabilis error erit non

hominem, seu negationem primariam, & immediatam hominis vocare hominem transitive, & negationem Dei vocare Deum transitive, quæ deliria statim ac apparent, evanescent suam falsitatem præferentes ad aspectum etiam tenuissimæ lucis rationis: sed per vos existentia, seu essentia actualis creaturæ est factibilitas, seu possibilitas, quæ est ratio formalis sub qua omnipotentia: ergo contradictorium essentia, & existentia actualis, scilicet negatio immediata & primaria existentia, & factibilitatis intransitive, non poterit vocari factibilitas, & possibilitas transitive, eo quod sit terminus à quo productionis essentia, & existentia actualis, sicut v. g. nullus Catholicus audet dicere substantiam panis, quæ destruitur per consecrationem in Hostia esse vere Christum Deum, & hominem transitive, licet substantia panis sit terminus à quo Christi vere Dei hominis ex vi consecrationis ponendi in Hostia; imo, quia substantia panis aliquo modo opponitur cum Christo ponendo in hostia eo quod sit terminus à quo talis positionis, (quia ut vera philosophia docet inter terminum à quo, & ad quem datur oppositio, ratione cuius per adventum termini ad quem destruitur terminus à quo) non potest dici panis est Christus transitive, etiam si talis oppositio non sit maxima: sed inter negationem existentia, seu factibilitatis intransitive, & ipsam existentiam, & factibilitatem intransitivam datur immediata adæquata totalis, & maxima oppositio: ergo talis negatio contradictoria non potest dici factibilitas, seu possibilitas transitive, sicut, v. g. quia lux est visibilitas coloris, negatio lucis, seu contradictorium illius existentia non potest dici visibilitas transitive propter rationes dictas.

Deinde, quia possibilitas alicuius actus, vel alicuius denominationis appellatur taliter, quia est capacitas passiva, ratione cuius talis res reducenda est ad talem actum, vel denominationem, ut patet ex rationibus supra positis, & exemplis, quibus hæc veritas supra illustrata manet in visibilitate, amabilitate, &c. sed ex vi contradictorii negativi non redditur capax res, ut reducat ad talem actum oppositè contradictorium alterius: ergo primum contradictorium negativum non potest dici possibilitas subiecti in ordine ad suum contradictorium; unde negatio existentia non potest esse possibilitas existentia transitive.

Nec valet dicere contradictorium per modum privationis posse denominari possibilitatem alterius contradictorii, ac proinde posse constituere subiectum in esse capax ad recipiendum alterum sibi contradictorium, quia privatio est carentia cum capacitate ad recipiendum formam cuius est privatio.

Sed contra, quia etiam si tenebræ sint privatio, & non pura negatio lucis; non possunt denominari lux possibilis, aut lumen transitive, sicut mors non potest dici vita transitive, nec possibilitas, aut capacitas vite transitive, tandem peccatum formaliter, quod est privatio rectitudinis non potest dici actus virtuosus possibilis transitive, & ratio à priori est, quia privatio ut privatio non includit nec dicit in se formaliter capacitatem formæ oppositæ: sed potius quantum est ex se formaliter adæquate dicit destructivum

structivum formæ sibi oppositæ; unde quantum est ex vi propriæ informationis reduplicative sumptæ constituit subiectum in esse incapacis formæ, quia subiectum reduplicative, ut privatum, & quatenus tale simul non potest habere formam oppositam.

³² Solam enim dicimus privationem connotare extrinsece, vel tanquam terminum extrinsecum sibi capacitatem in subiecto ad habendam formam oppositam privationis; quare hæc capacitas omnino distincta, & adæquate ac totaliter differens à tali carentia, seu privatione erit potius possibilitas talis formæ seu potentia passiva ad illam quam ipsa carentia, cui potentia passiva correspondet propria potentia logica, quæ immediate denominat formam possibilem oppositam privationi; itaque sicut privatio licet indicet immediate, & connotet in subiecto immediate capacitatem ad formam sibi oppositam, quæ quia talis est, & quia coniungitur cum forma aliquo modo extrinsece, posset dici possibilitas formæ, & mediate indicet possibilitatem, seu potentiam logicam, ratione cuius formæ, quæ nondum producta est non repugnat existere, & est vera possibilitas formæ intrinseca, nihilominus tamen ipsa privatio, quæ omnino opposita est formæ, & quæ potius ad tuinam formæ tendit quantum est ex se quam conducit aliquo modo ad existentiam illius, nullo modo potest dici facultas seu possibilitas transactiva formæ: ergo à fortiori contradictorium, quod nullo modo est privatio, etiam si aliquo modo per modum privationis concipiatur, nequaquam poterit dici conformiter ad rationem possibilitas transactiva eiusdem existentie.

³³ Dices, verum esse quod talis negatio existentie proprie non possit dici possibilitas existentie, nihilominus tamen non dari aliam possibilitatem priorem existentie, sed sufficere ipsam existentiam ad denominationem possibilem, quia ipsa in se est possibilitas, seu facultas intransitiva rei.

³⁴ Sed contra manifeste, quia existentia dicitur ab æterno possibilis actu in mea sententia, quia Deus potest producere actu creaturam ab æterno, ut late demonstro in physicis, quam non posset producere pro tunc, si pro tunc non esset possibilis creatura, & in tua sententia licet non concedatur creaturam esse producibilem ab æterno, propterea ab æterno, nihilominus de presenti ab æterno fuit possibilis, ut posset produci in tempore, itaque ab æterno actu possibilis est creatura, unde existentia quæ tunc non est de presenti denominatur possibilis: ergo possibilitas, quæ est forma denominans de presenti actu est, quia nulla forma actu potest denominare, nisi actu ipsa sit, & ideo colligimus manifeste futuritatem ab æterno de presenti dari, & sine controversia secundum fidem ab æterno actu dari prædestinationem Virginis Mariæ in Matrem Dei, quia actu ab æterno prædestinata est in talem maternitatem, & actu constituta est in prædestinatæ esse ad maternitatem divinam; sed in omnium sententia ab æterno actu est possibilis: ergo ab æterno datur possibilitas existentie creatæ, quæ ex tunc actu denominet illam possibilem, quæ actu non est, sed facultas, seu possibilitas intransitiva non est actu ab æterno, quia est idem in tua sententia quod essentia, & existentia actualis, & essentia, & existentia actualis secundum nostram

R. P. Udeph. de Pen. asiel, Theol. Schol. Tom. I.

fidem non est actu ab æterno, sed tantum erit, ac proinde non potest denominare actu, sed ad maximum potest de futuro; unde ab æterno non est verum dicere Petrus est existens, sed solum erit existens si existentia sit futura; si autem non sit futura solum erit verum dicere potest existere: sed per vos facultas intransitiva non est actu ab æterno sicut non est actu ipsa existentia, cum qua identificatur: sed maximum erit in tempore, sicut existentia æqualis: ergo solum poterit denominare de futuro; ac proinde ratione illius non erit verum dicere ab æterno est actu facultas aut possibilis, sed solum erit facultas, vel possibilis supposito quod sit futura, si autem nec sit futura, sicut quia non est actu ab æterno, non potest dici actu facultas ratione illius, ita nec poterit dici erit facultas, sed maximum dicitur, poterit esse facultas: atqui ab æterno est verum dicere existentia creaturæ est actu possibilis: ergo forma constitutiva illius est actu ab æterno, quia forma quæ actu non est, actu non denominat, sed forma constitutiva existentie in esse possibilis est possibilitas: ergo ab æterno datur possibilitas existentie per quam denominatur existentia de presenti possibilis ut dixi, sed non est talis forma per vos ut in solutione dixisti negatio, seu contradictorium existentie: ergo alia possibilitas datur ab æterno distincta à possibilitate intransitiva, quæ ab æterno actu non datur, & distincta à negatione existentie, quia negatio existentie per vos ab æterno non potest denominare simpliciter existentiam actu possibilem ut diximus.

Ultimo sic urgetur contra totam solutionem, ³⁵ quia possibilitas est id per quod existentia est capax ut habeat esse à Deo, ita ut tota ratio, & ultima formalitas per quam redditur apta formalissime existentia ad habendum esse, & ut actu sit à Deo, est possibilitas: sed capacitas, & ultima ratio constitutiva alicuius in esse apti ad aliquod esse non potest esse contradictorium talis esse: ergo possibilitas non est contradictorium esse existentie, quia contradictorium non disponit, nec reddit aptum subiectum, ac suum contradictorium, sed potius quantum est ex se reddit ineptum. Quapropter existente vno contradictorio in vno subiecto simul non potest advenire alterum contradictorium, alias possent esse simul, quod est evidenter falsum; ut patet ex illo principio, impossibile est idem simul esse, & non esse. Ex alio autem capite capacitas, seu ratio formalis, per quam constituitur subiectum in esse capax, & apti ita disponit ad actum cuius est capacitas, ut adhuc reduplicative sumptum illud subiectum cum capacitate possit coniungi cum actu cuius est capacitas, & ideo est verum dicere, Deus adhuc ut possibilis est existens, & Petrus existens est possibilis: imo evidens est argumentatio, Petrus existit: ergo non implicat neque repugnat existere ac proinde est possibilis, & ratio à priori est, quia possibilitas est capacitas, seu aptitudo ad existendum: atqui capacitas, & aptitudo alicuius actus non destruitur, sed potius perficitur per actum, ut videre est in omnibus potentijs tam activis quam passivis, siue sint in ordine ad actus extrinsecos, siue intrinsecos; nam intellectus, quatenus est potentia intellectus non solum non destruitur per adventum intellectus, sed potius perficitur per illam; item ipse intellectus, & voluntas, quatenus sunt potentie passivæ intellectus, & volitionis perficiuntur, & non de-

G g g Arcusur

fit uantur per intellectiōem, & volitionem, & idem est de potentia materiæ respectu formæ, quis enim rationalis potest dicere, quod ex eo quod videatur paries actus desinat esse visibilis, & destruat visibilitas in illo; nam aptitudo, & capacitas disponens ad actum connotat actum tanquam finem suæ connotationis; unde forma substantialis est finis potentiae materiæ, & intellectio est finis potentiae intellectus; ac proinde talis potentia, seu capacitas disponens ad actum connotat talem actum per connotationem connectionis, ac proinde per connotationem, tum quæ inducat consequentiam affirmativam, tum quæ possit inducere unionem inter talem potentiam conducentem ad actum, & actum ipsum: ergo non potest destrui talis capacitas, seu aptitudo positiva, per talem actum: sed possibilitas est id per quod creatura redditur formaliter apta, & capax existentiae: ergo possibilitas est aptitudo, & capacitas ad existentiam: ergo respicit existentiam ut terminum connexionis, quæ inducat possibilem consequentiam affirmativam, & unionem inter ipsam, & existentiam: ergo tantum abest quod destruat talis aptitudo, & capacitas per adventum existentiae, quin potius perficiatur per illum. Ex quo evidenter sequitur talem aptitudinem non esse contradictorium existentiae, quia vnum contradictorium propter summam repugnantiam cum alio, nec potest disponere ad illud, nec potest perfici per illud, & tandem necessario per ipsum destruitur.

36 Nullus enim cordatus potest dicere quod albedo ut octo reddat aptum subiectum, & disponat formalissime ipsum ad nigredinem ut octo, & calor summus ad frigiditatem summam, peccatum ad gratiam, cæcitas ad visum, & hoc ita, ut si nondaretur vnum ex illis oppositis non posset subiectum recipere aliud, alias Adam nunquam vidisset, quia non præcessit in illo cæcitas, nec vixisset, quia antea non fuerat mortuus, neque nix esset alba, quia ante non habuit nigredinem disponentem ad albedinem, quæ omnia sunt summa absurda contra lumen naturæ, & ratio evidens est, quia ubi datur oppositio non datur principium disponendi ad alterum oppositum: sed potius datur principium destruendi sibi oppositum, & quantum est ex se removendi dispositionem conducentem ad oppositum, quis enim dubitet subiectum tunc esse minus aptum ad videndum, ac quando habet cæcitatem, & tunc esse minus aptum ad frigiditatem ut octo, ac quando est calidum ut octo, sicut tunc esse impeditum ad gratiam, & ineptum ad illam quantum est ex vi peccati, ac quando habet ipsum, imbuaturque, & afficitur eiusdem sceleris macula? sed possibilitas est sola, & adæquata ratio, quæ disponit amplius, quæ formaliter reddit creaturam aptam ad existendum, nam antequam creatura existat, v. g. ab æterno, loquamur de Gabriele Angelo, nihil datur ex parte Gabrielis, nisi non repugnantia ut fiat a Deo, seu possibilitas, ut existat, quæ non repugnantia non est immediata negatio repugnantiae, neque primaria negatio illius ex vi cuius, sive sit positiva, sive negativa, & c. est capax Gabriel Angelus, & est aptus ut producat a Deo, & ut creetur ab ipso, quia sicut omnipotentia divina est virtus, quæ potest producere, & creare quicquid non repugnat, & implicat contradictionem, ita ut

nihil amplius ex parte divina omnipotentiae requiratur, sic similiter illa creatura erit creabilis, & producibilis a Deo, quæ est possibilis, (sive positive, sive negative, ut abstrahamus ab opinionibus, de quibus infra latissime agendum) & ratione talis possibilitatis non implicat contradictionem produci, & non dicit repugnantiam ad existendum: ergo solum adæquate totaliter ex vi possibilitatis, ante quam creatura existat, est apta ad existendum, & est capax ut producat a Deo formalissime.

Quod amplius sic demonstro, ideo enim chimæra, & non propter aliam rationem est impossibilis, & est improducibilis a Deo, quia non habet possibilitatem, & est privata ut ita dicam possibilitate seu aptitudine ad existendum, ut docuit expresse Aristoteles lib. 9. metaph. cap. 3. ibi: Id impossibile est, quod potentia privatum est, sic ille: ergo & contra, illud erit creabile, & producibile a Deo, seu aptum produci ab ipso, quod habuerit possibilitatem, quia sicut negatio possibilitatis est causa negationis productibilitatis in chimæra, ita affirmatio possibilitatis in Angelo est causa affirmationis productibilitatis, & factibilitatis in Angelo, ac proinde aptitudinis ad existendum in ipso, ut patet ex illo axioma, sicut negatio est causa negationis, ita affirmatio est causa affirmationis; nam hæc omnia sinonima sunt creatura possibilis, creatura apta ad existendum, creatura capax, & apta ut producat a Deo, creatura, quæ non implicat neque repugnat produci a Deo; nam si ab adversariis interroges, quid significet hoc nomen concretum: sine dubio respondebunt idem significat possibile, quod potens existere, & si est possibile creatum idem significat ac potens existere per productionem divinam.

Sed Angelus ex vi possibilitatis ab æterno est possibilis: ergo ex vi possibilitatis ab æterno est aptus ad existendum: ergo possibilitas est aptitudo ad existendum: ergo possibilitas connectitur cum existentia, & petit unionem cum illa, & non solum non destruitur per adventum illius: sed potius perficitur per existentiam, ac per consequens evidenter sequitur non esse contradictorium existentiae, quia vnum contradictorium necessario destruitur per adventum alterius: sed negatio existentiae est contradictorium illius: ergo non est aptitudo, capacitas, & potentia passiva ad existentiam: ergo non est possibilitas ut existat: ergo falsissime asserunt adversarij, dum negationem existentiae appellant, & vocant possibilitatem transivam existentiae; nam sicut aptitudo ut lux videatur, vocatur visibilitas, ita similiter contradictorium lucis, seu negatio primæ eiusdem non potest appellari cum veritate visibilitas transiviva.

SVBSECTIO III.

Minor primi, & præcipui syllogismi, & superioris demonstrationis, & sui sectionis præcedentis probatur.

Primo, ideo visibilitas, audibilitas, & in tua sententia factibilitas intransitiva non possunt esse contradictorium visionis, seu esse visus, auditionis, & esse auditus, ac tandem existentia, quia sunt rationes formales, sub quibus potentia visiva

visiva videt obiectum, & constituit ipsum in esse
visi, & potentia auditiva audit, ac tandem omni-
potentia Dei producit existentiam, & ipsa existen-
tia habet esse à Deo, imo sine dubio irridetur à
sapientibus qui assereret cognoscibilitatem, &
amabilitatem Divinam esse contradictorium amo-
ris divini, & intellectus Divinae circa ipsum
Deum, ac proinde esse contradictorium Dei in-
tellecti, & amati à se ipso, cuius ratio non est alia,
quasi à posteriori, aut à priori immediate, nisi
quia amabilitas & intelligibilitas divina sunt ra-
tiones formales sub quibus Deus se intelligit, &
amat, & est amatus, & dilectus à se ipso: sed nega-
tio existentiae est contradictorium immediatum
existentiae: ergo negatio existentiae non potest
esse ratio formalis, sub qua omnipotentia tribuit
esse existentiae, & reddit creaturam existentem: sed
ut subsecutione superiori late demonstravimus, possi-
bilitas creaturae est ratio formalis sub qua omni-
potentia tribuit existentiam creaturae, & accipit
esse, & existere à Deo ipsa creatura: ergo possibi-
litas creaturae non potest esse negatio, seu contra-
dictorium existentiae, & contra, negatio existen-
tiae non potest esse ratio formalis sub qua omni-
potentia, & ratio formalis ex parte creaturae, qua-
re omnipotentia tribuit existentiam ipsi crea-
turae.

Ratio à priori non immediate, sed radicaliter
est, quia vnum contradictorium, v.g. negativum
est ratio ex se maxime destructiva, & ablativa
esse alterius contradictorii, imo est formalissime
ipsum non esse alterius, sed quod est maxime de-
structivum, & ablativum alicuius, & est non esse
formalissimum illius non potest esse simul indu-
ctivum, seu conductivum, aut dispositivum, ad hoc
ut alterum contradictorium habeat esse, nec po-
test esse ratio formalis dandi esse alteri contra-
dictorio: ergo vnum contradictorium, v.g. negati-
vum non potest esse ratio formalis sub qua con-
tradictorium illius habeat esse à potentia pro-
ductiva illius, neque potest esse ratio sub qua ta-
lis potentia tribuit esse, vel ratio quare talis vir-
tus constituit contradictorium in ratione habenti-
tis esse. Hæc consequentia est evidens, quia vnum
contradictorium, ut patet ex maiori, & minori,
non potest esse simul destructivum esse, & indu-
ctivum ad esse sui contradictorii, nec potest si-
mul esse remotivum, & ablativum esse, & simul
dispositivum, & preparativum ad ipsum esse si-
cut v.g. impossibile est quod simul removeat esse,
& simul det esse, quia sicut vnum contradicto-
rium non potest dari, quin destruat alterum,
ita non potest disponi ad vnum contradictorium
quin removeatur dispositiones ad alterum con-
tradictorium, & sic nullo modo potest vnum
contradictorium disponere ad aliud, nec prepara-
re ad illud, aut quantum est ex se reddere aptum
subiectum ad illud, sed potius reddit subiectum
impeditum, & ineptum ad tale contradictorium:
sed ratio formalis sub qua vnum contradicto-
rium accipit esse à potentia productiva illius est
tota, & adæquata ratio inductiva preparativa, &
conductiva, & ut ita loquar ultimo dispositiva,
& per quam adæquate totaliter tale contradicto-
rium ex parte sua est capax ut habeat esse à tali
potentia, ut subsecutione superiori vidimus, &
exemplis clarissimis illustravimus: ergo vnum
contradictorium non potest esse ratio formalis
sub qua alterum contradictorium recipit esse à
sua potentia; sed negatio existentiae est contradi-
ctoria.

R. P. Ideph. de Penafiel, Theol. Schol. Tom. I.

torum existentiae: ergo negatio existentiae non
potest esse ratio formalis sub qua omnipotentia
tribuit esse existentiae, & existentia habet esse ab
omnipotentia.

Quod autem idem ipsum non possit simul esse
destructivum alicuius ablativum esse ab illo ma-
xime, & immediate oppositum illi, & pariter
conductivum, inductivum, preparativum, ultimo
dispositivum ad esse eiusdem; ac tandem tota ra-
tio adæquata, & sola quare contradictorium ha-
beat esse, patet manifeste ex ipsis experimentijs,
quis enim potest dicere calorem, qui disponit ad
ignem esse simul contradictorium ignis, & orga-
nisationem perfectam, quæ conducit ad vitam
esse simul contradictorium vitæ? certe nullus,
quia iam realiter idem secum pugnaret, & natura
sibi ipsi contradiceret, quis enim ignoret dati-
vum, & inductivum ad esse, & destructivum si-
mul eiusdem esse; & quod ratio formalis non ef-
fendi aliquid, & ratio formalis effendi illud ipsum
non pugnent maxime inter se? nam adeo evidens
est oppositio, ut etiam secutientes eam videant:
ergo idem non potest esse simul destructivum ef-
fendi, & dispositivum ad idem esse, & ratio forma-
lis effendi, & simul ratio formalis non effendi.

Tum sic, ratio formalis sub qua existentia pro-
ducitur à Deo est ratio formalis effendi existentia,
quia ex vi illius, & ratione eiusdem, & propter
ipsam accipit existentia esse ab omnipotentia
Divina, & solum propter carentiam illius chi-
mera non potest habere esse à Deo; sed negatio
existentiae est ratio formalis non effendi existen-
tia, seu non est ratio formalis effendi ipsa: ergo
negatio existentiae non potest esse ratio formalis
sub qua ipsa existentia producitur à Deo in esse
habet esse à Deo, & Deus illi tribuit esse, nam sicut
nullo alio modo potest omnipotentia formaliter
destruere negationem existentiae nisi ipsa formali
existentia, ita existentia non potest alio modo de-
strui formaliter, nisi negatione existentiae, & sicut
nullo modo potest dici negationem existentiae
esse ipsum esse existentiae, nec dare esse existentiae,
alias esset & non esset, daret & non daret simul
esse existentiae, ita similiter non potest dici nega-
tionem existentiae eo quod sit maxime destructi-
va existentiae, quia est maxime opposita illi, ac
proinde ex sua natura preparativa ruinae illius
esse simul conductivam, preparativam, & dispo-
sitivam ad esse talis existentiae: ergo negatio exi-
stentiae non est ratio formalis sub qua Deus tri-
buit existentiae suum esse, seu obiectum motivum
omnipotentiae attribuendum esse ipsi existentiae,
v.g. nullus potest dicere peccatum mortale esse
rationem formalem motivam sub qua Deus ius-
tificat peccatorem, & tribuit illi gratiam sancti-
ficantem, quia qui talia diceret perperam, & pe-
riculose in fide catholica loqueretur, & ratio ma-
nifesta est, quia peccatum ratione suae malitiae, &
propter oppositionem maximam quam habet
cum gratia quantum est ex se, est destructivum
gratiae, & impeditivum, ut gratia habeat esse in ani-
ma iusti, quapropter in conversione Divi Pauli,
& in iustificatione ipsius maxime enituit, splen-
dit, aut floruit divinae bonitatis, & misericordiae,
claritatis radiantis splendor, quia quando Divus
Paulus maxime incapax, maxime ineptus, maxi-
me indispotus, & impeditus ad iustificationem
voluit maximum ac pretiosum iustificationis do-
num illi tribuere, quæ maior indignitas, ineptita-
do, impedimentum, & indispotio solum erat

Ggg 2 existentia

existentia sceleris, & peccati mortalis in Paulo, & odium magnum, quod contra Christum, & legem divinam habebat; unde tanquam mentis inops iure quidem optimo reputaretur à cordatis, qui diceret ratione peccati mortalis esse peccatorem dispositum, & præparatum ad gloriam, & ad gratiam, quia hæreticam propositionem diceret, & tota ratio est, quia peccatum ex eo quod habeat oppositionem moralem cum gratia quantum est de se est destructivum gratiæ.

- 43 Sed negatio existentia eo quod sit contradictorium immediatum existentia magis opponitur illi quam peccatum gratiæ: ergo iure optimo irridendus est, qui assenserit negationem existentia esse præparationem ad existentiam seu esse capacitatem, & aptitudinem totalem ex parte ipsius existentia ut habeat esse: sed ratio formalis sub qua existentia habet esse à Deo, & omnipotentia Divina tribuit ipsi existentia esse est tota, & adæquata aptitudo, capacitas, & potentia logica, ratione cuius existentia est capax, & apta ad essendum: ergo similiter illudendus est ille, & deridendus, qui assenserit negationem existentia esse rationem formalem sub qua existentia accipit esse à Deo, & Deus tribuit esse existentia.

SVBSECTIO IV.

Secundum argumentum principale ponitur.

- 44 **Q**uia hoc est vnum concretum Petrus possibilis, seu essentia possibilis Petri: atqui impossibile est, ut formalitas alicuius concreti resultantis ex tali formalitate, & ex materiali ipsius sit contradictorium talis materialis concreti, quod denominatur à formali illius: ergo impossibile est quod possibilitas quæ est formale illius concreti existentia possibilis, aut possibilis essentia sit contradictorium existentia & essentia, quæ est materiale talis concreti: sed negatio existentia, & essentia est contradictorium illius: ergo negatio existentia non potest esse possibilitas formaliter constitutiva existentia, & essentia in esse possibilis.
- 45 Quod autem existentia sit materiale illius concreti possibilis patet evidenter, quia illud est materiale illius concreti quod recipit effectum formalem à formalitate illius, ac tandem quod denominatur à tali formalitate, ut videre est in pariete, qui denominatur albus in hoc concreto albo ab albedine, sed existentia denominatur possibilis à possibilitate quæ est formale concreti possibilis: ergo existentia est materiale illius concreti. Minor illa sic patet. Primo, quia id recipit denominationem possibilis, quod potest à Deo produci, & quod potest existere; imo esse possibile nihil est aliud quam ipsum posse existere: sed entitas positiva, & realis Petri, v.g. quæ postea existit, est quæ potuit à Deo produci, & illa sola est quæ potest à parte rei existere: ergo illa est, quæ denominatur possibilis: ergo possibile in recto, seu subiectum possibilitatis est ipsum ens verum, & reale, quod postea existet, aut existeret si produceretur.
- 46 Dices: illud ens nihil est modo: ergo non potest denominari modo possibile concedo antecedens, & nego consequentiam, quia aliqua sunt denominationes, quæ non requirunt actualem existentiam obiecti supra quod cadunt, ut in hac

denominatione cogniti: idem enim Petrus, qui heri existit, hodie dicitur cognitus, & præteritus; & Petrus ipse hodie non existens, significatur in recto in his concretis; item Antichristus dicitur hodie futurus, & ipse qui modo non existit est subiectum denominationis huius futuri: ergo bene etiam poterit, & modo, & ab æterno denominari possibile ipsum ens positivum, quod existeret si produceretur, licet nec ab æterno, nec modo existat. Ratio est quia quando dicimus id quod denominatur possibile esse ipsam entitatem positivam rei, & eandem, quæ existeret, nihil aliud contendimus, quam id quod in recto intelligimus, & significamus nomine possibilis esse ipsam entitatem positivam, quæ existeret, ut autem aliquid cognoscatur, seu significetur per conceptum non requiritur ut existat, ut paulo ante dixi, & per se patet ex cognitionibus, quas de rebus non existentibus habemus, & quibus ipse res positivæ non existentes correspondent: ergo similiter poterit bene esse concretum, seu materiale possibile ipsum ens positivum, quod existeret licet modo non existat.

Secundo probatur, quia ens possibile potest ⁴⁷ prædicare de existenti, & è contrario, ut hic Petrus existens est qui fuit possibilis: sed si non esset idem materiale possibilis cum ipsa re positiva actu existente, non possent invicem prædicari: ergo idem est rectum vnius, & alterius. Respondetis, ut possint invicem prædicari non requiri esse positive idem, sed sufficere esse negative idem, id est, non esse duo positiva distincta. Sed contra, homo, & non ens sunt indistincti in hoc sensu, id est non sunt duæ entitates positivæ distinctæ, & tamen non possunt invicem prædicari: ergo nec possibile posset de actuali affirmari præcise, quia realiter essent indistincti negative. Ratio à priori, quia pet *re est* non solum negatur distinctio realis, sed affirmatur identitas realis, quæ non potest esse inter extremum reale, & negativum.

Minor primi, & præcipui syllogismi sic demonstratur, quia materiale, & formale alicuius concreti debent vniri inter se, saltem per connotationem connexionis: sed ea quæ vniuntur ad constituendum vnum totum nullo modo dicunt oppositionem contradictoriam inter se, quæ est maxima omnium oppositionum: ergo formale concreti quod vnitur materiali concreti non potest esse contradictorium talis materialis. Minor sic probatur, quia ea quæ dicunt oppositionem contradictoriam se destrunt ad invicem ratione maximæ oppositionis & repugnantia: sed ea quæ se destrunt immediate nullo modo possunt inter se vniri: ergo ea, quæ inter se vniuntur ad constitutionem vnius concreti, non possunt dicere inter se oppositionem contradictoriam.

Vergetur, quia formale alicuius concreti ita ⁴⁸ vnitur cum materiali eiusdem concreti, ut formale tribuat effectum formalem tali materiali, cui vnitur: sed vnum contradictorium non potest ita vniri alteri ut tribuat illi suum effectum formalem primarium, ut videre est in non Deo, seu in negatione primaria Dei quæ non potest vniri Deo, ita ut ipsi Deo tribuat effectum proprium formale, alias Deum faceret non Deum, ac proinde destrueret Deum; unde quia in homine datur negatio Dei, quæ est contradictorium Dei, & ipsa negatio Dei tribuit effectum formalem primum proprium homini constituit hominem in ⁴⁹ esse

esse non Dei: ergo si negatio Dei seu contradictorium Dei vniatur cum Deo, tribuereturque ipsi suum effectum formalem, faceret Deum non Deum, ac proinde destrueret ipsum materiale; & sic non resisteret vnum concretum ex ipsis: ergo vnum contradictorium non potest vni cum altero contradictorio, ita vt tribuat illi effectum formalem proprium, vt resulet ex illis vnum concretum.

Declaratur amplius; quia albedo vt albedo non potest ita vni cum nigredine, vt ipsam nigredinem, & (non solum subiectum nigredinis) reddat albam, item calorem summum non potest ita vni frigiditati summæ, vt illa reddatur calida summa tribuatque calor ipsi denominationem propriam, & effectum formalem sibi proprium, item curvitas non potest vni rectitudini ita vt faceret rectitudinem curvam, & ratio est quia tales formalitates opponuntur inter se contrariæ videlicet clarius, & evidentiùs licet tenebræ possent vni acri, nihilominus nullo modo possunt vni luci, ita vt ipsam lucem reddat tenebræ, sicut neque mors potest vni cum vita, ita vt vitam reddat mortuam tribuendo illi suum effectum formalem, & denominationem propriam, ita vt ex vi talis vnionis resulet vnum concretum, quia habent oppositionem privativam inter se: sed duo contradictoria non habent oppositionem contrariam vt nigredo, & albedo, &c. neque privativam, vt mors, & vita, sed potius maiorem oppositionem contradictoriam, videlicet quæ est omnium maxima, ratione cuius magis immediate opponuntur, pugnant, & repugnant extreme: ergo multo minus possunt ita vni, vt vnum contradictorium denominet alterum, & tribuat illi suum effectum formalem; ratione cuius resulet vnum concretum ex utroque.

Deinde, quia licet amor possit vni aut denominare aliquod subiectum antequam sit, nullo modo potest vni aut denominare odium respectu eiusdem obiecti, imo possibilitas ipsa non potest vno modo chimæram, quæ non est; nec potest esse, denominare formaliter, & reddere illi suum effectum formalem, sive per actualem vnionem, sive per connotationem connexionis; ita vt ex possibilitate, & chimæra resulet vnum concretum scilicet possibile, cuius nulla ratio potest dari, nisi oppositio quæ datur inter possibilitatem, & chimæram, nam vt subiectum recipiat effectum formalem à forma, debet esse capax talis effectus, & vnionis ad formam: sed vnum oppositum non est capax alterius, maiori scilicet incapacitate, quæ potest dari, scilicet repugnantia: ergo non potest vnum oppositum recipere effectum formalem, & denominationem ab alio, quod à fortiori videtur in duobus contradictorijs, ratione cuius ex illis non potest coalescere vnum concretum, v.g. licet ex homine, & negatione Dei, ex homine, & negatione lapidis possit resultare vnum concretum, scilicet homo non Deus, aut non lapis, aut homo fundamentaliter distinctus à Deo, & à lapide, nihilominus certissimum, & evidentiùs est, nullo modo posse adhuc divinitus vni inter se, hominem, & negationem eiusdem hominis, ita vt ex illis resulet vnum concretum sive per connotationem extrinsecam connexionis, sive per vnionem intrinsecam actualem ratione oppositionis quam habent inter se; exemplo morali declaratur, quia ad hoc vt fiat vnum compositum morale, aut mysticum, & ad hoc, vt coeant duæ

partes mysticæ, aut morales ad constituendum vnum etiam per extrinsecam vnionem, aut connotationem, debent habere partes convenientiam, concordiam, & amicitiam moralem; quare si datur repugnantia moralis inter illas discordia, contrarietas, & oppositio non potest ex illis fieri vnum corpus mysticum, & vnum compositum morale, & ideo ex Mahumetanis, Mauris, & Christianis, &c. non potest fieri vna Ecclesia, & vnum corpus mysticum, quia Mauri, Mahumetani, Pagani, & Christiani pugnant in fide, & repugnant maxime secundum fidem, quæ est ratio formalis constituendi Ecclesiam.

Sed duo contradictoria realiter maxime ac immediate pugnant, & repugnant inter se: ergo ex illis nullo modo convenientibus, nullamque concordiam, & amicitiam, vt ita loquar, inter se habentibus, nequaquam poterit fieri vnum concretum; præterea, quia vt duo vniuntur ad vnum, debent ita ad invicem pertinere, vt vnum connotet aliud per connotationem connexionis: sed vnum contradictorium non connotat aliud per connexionem, sed per repugnantiam; unde secundum Dialecticos non sunt termini pertinentes sequela, sed potius pertinentes repugnantia: ergo nullo modo potest fieri vnum ex illis, ita vt vna pars denominet aliam.

SVBSECTIO V.

Amplius arguentur dicta.

Quia omne medium formale vniendi duo extrema inter se, neque debet esse oppositum alicuius extremi vniibilis per ipsum, neque debet pugnare cum ipsis, neque destrui per adventum illorum; sed potius ita debet convenire cum ipsis vt vniatur utrique extremo, & simul permaneat cum utroque vniito: sed possibilitas existentia est medium formale, ratione cuius existentia creaturæ vnitur intrinsece cum actione per quam Deus producit existentiam; & existentia accipit esse à Deo: ergo possibilitas nullo modo potest esse opposita existentia, neque pugnare cum actione productiva Dei, sed potius necessario debet attingere utrumque extremum, & vniere secum utroque, & existere permanentemente cum ipsis vniitis inter se: qui contradictorium existentia, & negatio immediata illius, neque potest coniungi cum existentia, neque cum actione productiva existentia: sed potius debet necessario destrui per adventum existentia: ergo contradictio existentia, aut negatio eiusdem non potest esse possibilitas existentia. Maior huius syllogismi est evidens, quia duplex solum genus medij vniendi potest dari; aliud per modum dispositionis, vt est quantitas, & reliquæ qualitates, v.g. quæ disponunt ad vniendam materiam substantialem cum forma substantiali, cuius exemplum est organisatio, quæ est vltima, & perfecta dispositio ad vnionem materię cum forma, & organisatio, quia tale medium vniendi est, nullo modo pugnat cum materia vel forma; neque per adventum vnionis formæ, & vnionis ad materiam destruitur, sed potius vnitur cum utraque, & perseverat cum utrisque vniitis inter se, attingendo utrumque extremum, & vnionem; aliud medium vniendi est formale & proximum, & hoc est duplex, primum in actu primo, scilicet potentia, seu capacitas quam habet materia vt vniatur

Ggg 3 cum

cum forma. Secundum est exercitium illius capacitatis, v. g. ipsa receptio, seu vniio, & vtrumque medium vniendi attingit intrinsece vtrumque extremum vniitum, & permanet cum illo, & nullo modo pugnat cum aliquo ex illis extremis alias pugnet, & non pugnet cum illo; pugnet ut vos dicitis, non pugnet, quia attingeret vtrumque, & cōduceret ad perfectionem illius: ergo omne medium formale vniendi duo extrema inter se neque debet esse oppositum alicuius extremi, vniibilis per ipsum, neque debet pugnare cum ipsis neque destrui per adventum illorum, sed potius ita debet convenire cum ipsis, ut vniatur vtrique extremo, & simul permaneat cum ipso.

53 Minor prima, & præcipua ex supra late dictis patet manifeste, quia existentia ratione sua possibilitatis potest produci à Deo, & de facto ratione illius producit à Deo: sed in tantum producit à Deo existentiam in quantum terminat intrinsece actionem divinam productivam existentiae, & in tantum terminat actionem illam in quantum existentia per modum termini vniit intrinsece tali productione: ergo possibilitas est ratio formalis sub qua vniit existentia cum actione productiva Dei, vel quare vniit cum ipsa: sed ratio formalis quare vniit cum alio est medium formale vniendi vtrumque extremum: ergo possibilitas est medium formale vniendi existentiam intrinsece cum actione productiva Dei.

54 Vigetur, omnis potentia, seu capacitas passiva per quam vnum extremum est aptum, & capax vniendi se cum altero, est medium formale talis vniionis, saltem in actu primo; ideò enim potentia obediendialis, quam habebat humanitas Christi ad vniionem hypostaticam, & quam habet anima ad vniionem cum gratia sunt media formalia ad talem vniionem, quia reddunt animam, & humanitatem aptam, & capacem ad talem vniionem: sed possibilitas existentiae est capacitas, seu potentia passiva per quam redditur existentia vniibilis cum actione divina, quia ex vi illius redditur producibilis à tali actione, & producibile ut producibile est vniibile, sicut productum est vniitum cum actione, cum autem ex vi possibilitatis reddatur existentia capax, ut producat, & dicitur capax ut vniatur cum productione, sicut è contra, impossibilitas quam habet chimæra redditur hæc in capacem, ut vniatur cum actione divina, & producat à Deo: ergo possibilitas existentiae est medium formale vniendi existentiam cum actione divina.

SUBSECTIO VI.

Aliud argumentum principale ponitur.

55 **O**Via si possibilitas esset negatio existentiae, & contradictorium illius esset repugnantia ad existendum, vel esset repugnans existentiae: sed repugnantia ad existendum realiter est impossibilitas, & impossibilitas non est possibilitas: ergo negatio existentiae non est possibilitas, nec potest esse. Minor est evidens, quia sicut possibile est quod non repugnat existere, vel non repugnantia existendi, sic impossibile est quod repugnat, vel est repugnans existere; unde sicut possibilitas, quia constituit possibile in esse non repugnantis existere est non repugnantia ad existendum, ita similiter impossibilitas, quia constituit impossibile in

esse repugnantis existere, est repugnantia ad existendum, v. g. identitas Dei cum creatura est impossibilitas opposita possibilitati, & incompatibilis cum illa in vna & eadem entitate, sicut impossibile est quod idem sit rationale, & irrationale: ergo repugnantia respectu existentiae est impossibilitas, & non possibilitas existentiae. Maior sic demonstratur, oppositio contradictoria est repugnantia summa, & immediata duorum, quorum vnum est negativum, & alterum positivum, tam in ordine ad identitatem inter se quam in ordine ad existendum in vno subiecto simul cum tali impossibilitate, ut nec per potentiam Dei absolutam possit aliter evenire, vel tolli hæc repugnantia, & impossibilitas, & ideo summa, & maxima omnium repugnantiarum nuncupatur: sed possibilitas est negatio existentiae, & sic est contradictorium negativum illius: ergo est summa, & maxima repugnantia existentiae, & talis negatio est summa, immediata, & maxime repugnans existentiae.

Vigetur clarius, quia formalis repugnantia 56 quæ datur in contradictorio negativo respectu positivi, v. g. in negatione existendi respectu illius non est per aliquid distinctum superadditum supra terminum negativum, quia neque est alia negatio, cum eadem ratio sit huius, quam primæ negationis, nec entitas positiva tam relativa quam absoluta, quia positivum non fundatur, nec subterminatur in negativo, & vltimo, quia est immediata repugnantia, & oppositio, quia contradictorium negativum non opponitur contradictorio positivo mediante aliquo, ut ex terminis patet, & supra de vniitate late demonstratum manet: ergo repugnantia negationis respectu positivi, cum non sit positiva ratio in negativo, quia idem non est sibi oppositum, nec ali-quod medium distinctum inter negationem, & positivum restat necessario ut sit ipsa ratio negationis formaliter quæ est contradictorium positivum formaliter; unde evidenter sequitur, negationem existentiae esse ipsam formalissimam repugnantiam, & oppositionem ad existendum, vel ad existentiam, sicut & distinctio formaliter negationis respectu positivi contradictorii est formalissima ipsa negatio sine aliquo addito, ut supra late probatum manet: sed repugnantia ad existendum, & repugnantia maxima existentiae est impossibilitas in sententia omnium, etiam adversariorum: ergo negatio existentiae, quæ quia contradictorium est illius, est summa, maxima, & immediata repugnantia existentiae, & ad existendum erit ex se, & quantum in se impossibilitas maxima existendi; unde in illo subiecto, in quo datur quantum est ex se, & in quantum est sibi, reddit illud impossibile respectu illius, quare nullo modo possibilitas ad existendum erit.

Vigetur, in chimæra impossibilitas nihil est 57 aliud, quam quod sit negatio intrinseca existentiae, & sic quod sit repugnantia, ut coniungatur chimæra cum existentia realiter, quia idem est chimæra, ac illa repugnantia ad existendum, ut adversarij explicant; unde ipsa per se vniatur cum esse est repugnantia ut existat, & ut vniatur cum ipsa existentia sive media vniione intrinseca, sive identitate, sive extrinseca coexistentia, & conjunctione vtriusque, media qua reddatur chimæra intrinsece aut extrinsece existens; sed in contradictorio negativo, scilicet negatione existentiae est summa & immediata repugnantia, ut coniun-

Quæst. I. Quid sit possibile formaliter. 423

gatur cum existentia, siue per identitatem, siue per vñionem physicam, siue saltem per extrinsecam simultaneam coexistentiam à parterei, quia statim ac verificatur existentia est actu à parte rei verificatur non est negatio existentie à parte rei: ergo in negatione existentie datur illa impossibilitas, & repugnantia, quæ in chimæra datur ad existendum: ergo est impossibile ut chimæra quantum est ex parte sua, quia illa repugnantia non distinguitur realiter ab ipsa negatione existentie: ergo non potest esse possibilitas, quia impossibile est quod idem sit possibilitas, & impossibilitas existentie.

SUBSECTIO VII.

Solutio Adversariorum refutatur.

⁵⁸ Hoc præfens, & supradicta argumenta, quæ mihi denuo excogitaveram ad funditus labefactandum, & quæ Author huius opinionis non viderat, aliqui eius discipuli solvere nixi sunt solutionibus supra positis, quas supra evidenter refutavimus, simili autem pertinacia præfens argumentum in huncmodum solvunt, & his verbis. Distinguo maiorem, esset repugnantia ad existendum intransitive concedo maiorem, transitive, & per modum puræ negationis, nego maiorem, & distingo minorem; sed repugnantia ad existendum est impossibilis, repugnantia per modum privationis, & intransitive nego minorem, repugnantia per modum negationis puræ tam transitive, quam intransitive concedo minorem.

⁵⁹ Sed contra manifeste, quia secundum tuam solutionem etiam chimæra erit non repugnantia, seu non repugnabit existere transitive, quia illud non repugnat existere transitive cuius connotatum non repugnat existere intransitive: sed connotatum chimære non repugnat existere intransitive: ergo chimæra non repugnat existere transitive. Maior est definitio non repugnantie transitive; probatur minor, connotatum chimære est existentia rei: sed existentia rei non repugnat existere intransitive, alias non esset existentia: ergo connotatum chimære non repugnat existere, intransitive. Maior est evidens, quia vel connotatum chimære est possibilitas quod negamus, vel est impossibilitas, & tunc sequitur quod vna negatio excludat aliam, quod etiam negamus: ergo connotatum chimære est existentia.

⁶⁰ Deinde sic insurgo, quia idem respectu eiusdem non potest esse repugnantia, & non repugnantia: sed contradictorium existentie ex se, & per se est repugnantia existentie, quia est maxima oppositio illius: ergo simul non potest esse non repugnantia existentie eiusdem, quia alias esset affirmatio, & negatio respectu eiusdem; unde in eadem ratione verificarentur duo contradictoria simul vera; unde idem simul esset, & non esset, quod est contra evidentissimum principium metaphysicum, tum sic possibilitas de se, siue per identitatem, siue per vñionem, siue per connexionem, siue primario, siue secundo est non repugnantia ad existendum, & ideo possibilitas formaliter constituit existentiam in esse non repugnantis existere; nam si interrogas, Quid est existentia possibilis sine dubio respon-

debitur tibi ab adversarijs, est existentia, quæ non repugnat, aut non implicat esse, unde creatura possibilis per id ipsum per quod constituitur in esse possibilis constituitur in esse non implicantis, seu non repugnantis existere, quod demonstratur ex definitione omnipotentie, quæ est virtus, quæ potest facere omne, quod non implicat contradictionem; vel quod non repugnat existere, ubi per illud, quod non implicat, & quod non repugnat explicatur obiectum omnipotentie, quia definitio illius est connotando obiectum proprium omnipotentie; nam definitur in ordine ad proprium obiectum eo modo quo omnes potentie; sed obiectum omnipotentie est possibile formaliter: ergo possibile formaliter est non repugnans existere, quare si adhuc per intellectum præcindas ab obiecto omnipotentie omnem quæcumque aliam formalitatem, & solum relinquis in illo esse non repugnans existere manebit, in esse obiecti omnipotentie, quod poterit sine dubio omnipotentia producere: sed id quod potest omnipotentia producere est possibile: ergo formalissime, id quod non repugnat existere est possibile, quia id formalissime, & præcise est impossibile sine vilo alio requisito quod potest produci à Deo: sed id formalissime, & præcise sine alio requisito potest produci à Deo quod non implicat existere: seu quod non repugnat existere per existentiam creatam: ergo id formalissime, & præcise sine vilo alio addito est possibile, quod formalissime est non repugnans existere: sed non repugnans existere constituitur formalissime per non repugnantiam ad existendum: ergo possibile constituitur formaliter per non repugnantiam ad existendum, quia quando aliqua extrema sunt vnum formalissime, ut disgregativum visus, & album constituuntur per eandem formalissimam rationem, & non per aliam: unde per eandem albedinem formalissime constituitur album, & disgregativum visus: sed non repugnans existere, & possibile formalissime sunt idem: ergo per eandem formalitatem constituitur possibile, ac non repugnans existere: sed possibile constituitur per possibilitatem: ergo per eandem possibilitatem constituitur non repugnans existere: ergo possibilitas est non repugnantia ad existendum siue primario, siue secundo, siue identice, siue formaliter; atqui contradictorium existentie seu negatio existentie est maxima, & immediata repugnantia existentie: ergo non potest esse possibilitas. Patet consequentia, quia possibilitas est non repugnantia ad existendum, & negatio existentie est repugnantia existentie: sed eadem formalitas non potest esse negatio, & affirmatio eiusdem, ac proinde non potest esse simul repugnantia existentie, & negatio repugnantie existentie: sed non repugnantia existentie est negatio repugnantie existentie: ergo eadem possibilitas, quæ est non repugnantia existentie, non potest esse simul primaria repugnantia existentie, quia alias idem esset affirmatio, & negatio eiusdem simul: sed negatio seu contradictorium existentie est primario repugnantia existentie: ergo possibilitas non est negatio, seu contradictorium existentie.

Si autem iterum Respondeas eandem possibilitatem posse esse repugnantiam existentie intransitive, & simul non repugnantiam existentie transitive, ratione cuius distinguitur possibilitas

sibilitas ab impossibilitate, quæ tam transitive, quam intransitive est repugnantia existentie, eo quod impossibilitas est negatio puræ existentie, possibilitas autem est negatio existentie per modum privationis, itaque utraque negatio convenit in ratione negationis ut sic, distinguuntur autem per differentias supradictas, puræ, & non puræ negationis.

62 Sed contra manifeste, & insurgunt omnia argumenta facta contra solutiones ad primum nostrum argumentum applicatas; nam vnum contradictorium nullo modo potest denominare aliud, nec transitive, nec intransitive; item vnum oppositum privativum non potest esse alterum oppositum, aut transitive, aut intransitive, v.g. visus non potest esse transitive cæcitas, sicut cæcitas non potest esse transitive visus, & sic de reliquis, ut supra late adduximus, videantur ibi data opera in lucem edita, quibus lubens supersedeo, ne actum agatur, solum hæc pauca repeto, ut hæc solutio adversariorum, quæ eadem est ac supradicta cõvellantur, ac labefactatur eo modo, quo supra eadem aliter posita oppugnata manet evidenter itum sic, cæcitas, mors, & tenebræ non solum sunt negationes per modum privationis, sed potius sunt propriissime privationes, ac proinde meliori modo habent id, ad quod confugiunt adversarii ad suam solutionem fundandam, nam ipsi eo quod negatio existentie non sit pura negatio, sed potius assimilatur privationi, ideoque sit per modum privationis, dicunt sufficere ad hoc, ut possit vocari talis negatio existentie, quæ repugnantia existentie est non repugnantia eiusdem existentie, sed licet sint propriæ privationes, nullo modo possunt transitive, aut intransitive vocari, aut esse formæ, quarum privationes sunt, solum quia opponuntur vera oppositione negativa licet minori, quam contradictoria repugnantie, quæ maxima omnium oppositione, contradictoria nimirum appellari, aut esse transitive, aut intransitive repugnantia existentie ex eo solum, quod aliquomodo assimilentur oppositis privativis, nam si ipsum privativum oppositum per se ipsum non potest denominari alterum oppositum transitive, aut intransitive, multo minus poterit contradictorium, eo quod sit aliquomodo simile illi, ac per consequens per modum illius denominari transitive alterum oppositum contradictorium.

Exemplo clarissimo declaratur, nam si aliquis diceret imaginem pictam hominis esse Deum, aut Angelum, quia ad modum hominis est, eo quod assimilatur aliquomodo homini; certe hac demonstratione convinceretur manifeste per te pictura illa eo solum potest esse, & denominari transitive Deus, quia est ad modum hominis, & habet analogiam ad illum; sed Petrus est in se homo: ergo a fortiori poterit dici Deus transitive, aut transitive Angelus, quia propter quod vnumquodque tale, & illud magis, sicut quia pictura nivis, eo quod sit ad similitudinem nivis, per te calefacit, a fortiori ipsa nix debet calefacere, quia perfectiori modo habet rationem nivis, sed falsum est dicere, quod homo sit Deus, vel Angelus transitive: ergo falsum est dicere quod pictura hominis, quia est ad modum illius sit Deus, vel Angelus transitive: ecce manifesta demonstratio, cui similis est supra posita contra adversarios, nam si vnum oppositum contradictorium potest

esse, & denominari alterum transitive solum, quia est ad modum privationis: ergo ipsa privatio a fortiori erit alterum oppositum proprium, quia propter quod vnumquodque tale, & illud magis, sed cæcitas, mors, & tenebræ licet sint vere, & propriæ privationes nullo modo possunt esse transitive visus, transitive vita, & transitive lux, propter oppositionem quam habent inter se: ergo a fortiori, & multo minus poterit vnum contradictorium esse, & denominari alterum transitive, aut intransitive, quia habet maiorem oppositionem cum suo contradictorio, quam vnum privativum cum altero, etiam si sit admodum oppositi privativi, cum ex vna parte talis similitudo nihil adiuvet ad talem denominationem, & ex alia parte maxima oppositio, quæ datur in illo funditus destruat, & radicitus convellat non solum denominationem, sed etiam fundamentum ad illam; sed negatio existentie, quia est contradictorium immediatum illius est immediata, & maxima repugnantia existentie: ergo non potest esse neque denominari suum immediatum contradictorium, scilicet negatio repugnantie existentie, hoc est non repugnantia existentie, siue transitive, siue intransitive, etiam si sit repugnantia per modum privationis, quia datur oppositio vera, & realis negativa, quæ tollit omnem communicationem in esse, & in denominatione.

Amplius videtur, quia impossibilitas neque transitive, neque intransitive potest vocari possibilitas, eo solum quod habet oppositionem contrariam metaphysicam cum possibilitate, & ideo barbare loqueretur qui diceret, chimæra est impossibilis intransitive, & est possibilis transitive, cuius ratio non est alia nisi iam assignata, scilicet oppositionis contrariæ; sed maior oppositio datur inter repugnantiam, & non repugnantiam, quia est oppositio contradictoria, quam inter possibile, & impossibile: ergo a fortiori nullo modo poterit repugnantia esse, aut vocari non repugnantia, v.g. licet homo sit non Deus, non lapis, nihilominus tamen non potest esse, neque transitive neque intransitive non homo, sicut Deus, licet sit non homo, non Angelus, non creatura, nullo modo potest esse neque transitive neque intransitive non Deus; imo eo quod intransitive est Deus, etiam transitive, & quomodocunque concipiatur debet esse Deus, & non negatio Dei: sed negatio existentie per vos intransitive est repugnantia existentie: ergo nullo modo potest esse transitive non repugnantia existentie: ergo nullo modo potest constituere creaturam in esse non repugnantis, quia id quod forma nullo modo in se continet in abstracto, nullo modo potest communicare in concreto; imo si repugnantia posset esse non repugnantia transitive, repugnans existere intransitive posset esse non repugnans transitive; unde impossibile intransitive posset esse possibile transitive: sed chimæra est impossibilis intransitive: ergo chimæra posset esse possibilis transitive, quod magis chimæricum est quam ipsa chimæra: sed impossibile non potest esse possibilitas transitive, aut intransitive propter oppositionem quam habent: ergo si repugnantia existentie habet maiorem oppositionem cum non repugnantia eiusdem existentie, æquiori iure nullo modo poterit, neque transitive, neque intransitive esse non repugnantia existentie, &c. Sed negatio existentie est omnimoda, & maxima repugnantia

nantia existentie: ergo neque transitive, neque intransitive potest esse non repugnantia existentie, ac proinde non poterit esse possibilitas ad existendum; sive transitive, sive intransitive.

Ratio videtur à priori, quia tunc datur transitus de vno extremo ad aliud sive in esse, sive in denominationibus, quando aut datur convenientia vnius in altero, per continentiam, vt v.g. Deus vocatur creatura eminenter, quia continet creaturam, & intellectus vocatur intellectio in actu primo, quia continet intellectiorem per modum causæ efficientis, hoc est, quia habet convenientiam continentis cum contento, aut quando datur convenientia connexionis, & pertinentiæ sequela, vt v. g. in mea sententia negatio aptitudinis positivæ ad existendum, quæ & non repugnantia est, dicitur existentia in actu primo, quia illa possibilitas habet convenientiam connexionis cum existentia, & est capacitas seu potentia logica ad existendum; item Verbum divinum accipit denominationes ab humanitate Christi, & humanitas Christi à Verbo divino per communicationem idiomatum, ratione strictissimæ unionis hypostatice, quæ maxima convenientia est, & sic de reliquis, itaque ad hoc vt detur transitus vnius rei ad aliam, & vt vna res transitive sit & dicatur alia debet dari convenientia aliqua inter illas: sed inter duo extrema contradictorie opposita, vt g. inter repugnantiam, & non repugnantiam, eo quod adæquate, & totaliter disconveniant sine vlla convenientia, imo immediate & maxime pugnent, nulla datur convenientia, nulla concordia, nulla denique amicitia vt ita loquar: sed maxima discordia, & maxima inimicitia, & pugna: ergo nullo modo datur transitus à repugnantia ad non repugnantiam, & è contra à non repugnantia ad repugnantiam, aut in nomine, aut in esse, ratione cuius nullo modo potest transitive esse aut vocari repugnantia nomine non repugnantie. Vnde perperam diceret qui assereret repugnantiam esse non repugnantiam transitive.

64 Præcipue, quia ideo non potest esse repugnantia non repugnantia intransitive, quia est negatio non repugnantie seu contradictorium illius, ac tandem propter oppositionem maximam, quæ datur inter repugnantiam, & non repugnantiam: sed formalitas oppositionis pugnat contradictio- nis, & negationis quæ datur in vno contradictorio tota est non absoluta, neque est vt sit in ipso, sed potius est vt transeat ad suum contradictorium, quia omnis oppositio est in ordine ad alterum oppositum: ergo si intransitive non potest esse vnum contradictorium alterum, neque denominari nomine alterius propter illam pugnam, & oppositionem propter eandem pugnam, & oppositionem, quæ semper transitive est ad aliud, repugnantia non poterit dici, neque esse transitive non repugnantia.

65 Nam illud quod vnum oppositum habet, quatenus opponitur alteri nullo modo potest convenire alteri; unde, quia frigiditas in summo quatenus opponitur calori in summo constituitur tali formalitate, & nomine nullo modo poterit sive transitive, sive intransitive convenire calori summo, alias convenirent & non convenirent, opponerentur & opponerentur in illa ratione, & sic nullus Philosophus ausus est dicere calorem summum esse transitive frigiditatem summam, & in-

R. P. *Idaph. de Penafiel, Theol. Schol. Tom. I.*

transitive solum calorem summum; sed repugnantia est, & vocatur taliter, quatenus immediate & maxime opponitur suo contradictorio sine vlla convenientia cum illo, sed potius cum adæquate, & totali disconvenientia cum non repugnantia: ergo nullo modo potest dici, & esse transitive, aut intransitive non repugnantia: ergo neque transitive, aut intransitive poterit dici possibilitas, quia possibilitas dicit non repugnantiam: atqui repugnantia est negatio existentie: ergo negatio existentie non potest esse possibilitas, neque transitive, neque intransitive; ac proinde non potest denominare creaturam possibilem: ergo, alia negatio est possibilitas distincta à negatione existentie.

Quia negatio existentie quantum est ex se 66 est quedam impossibilitas, seu repugnantia, ac proinde quantum est ex se constituit rem repugnantem existere, quare possibilitas quæ ab æterno est, quando est in statu possibilitatis, prout in tali statu repugnat existere, vel repugnat coniungi cum existentia, quia simul non possunt esse possibilitas carens existentia, & existentia; unde si ipsa negatio existentie posset denominare existentiam, & tribuere illi suum effectum formalem, sicut ipsa est repugnantia existentie, ita faceret & constitueret ipsam existentiam in esse repugnantis sibi ipsi, sicut si negatio hominis coniungeretur homini, & vniretur illi, constitueret ipsum sine dubio non hominem; ac proinde maxime repugnantem sibi ipsi, quia repugnantia illum effectum potest tribuere in concreto, quem habet ipsa in abstracto: sed ipsa in abstracto est repugnantia solum adæquate, & totaliter, quia solum adæquate est negatio, & contradictorium; aut privatio existentie: ergo si aliquam denominationem tribuit existentie, est repugnantis sibi ipsi, quod est omnino absurdum, & sic nullo modo potest tribuere denominationem existentie, & multo minus denominationem sibi oppositam, scilicet non repugnantis, quia vna forma non potest dare denominationem oppositam sibi, vt v.g. calor nullo modo potest denominare frigidum: ergo denominationem quam habet existentia non repugnantis non accipit à negatione existentie, sed ab alia ratione: sed hæc non est alia nisi possibilitas: ergo possibilitas non est negatio existentie, sed alia negatio, quam postea explicabimus, quibus omnibus funditus labefacta manet solutio adversariorum, nam si vera esset, plura iam posita inconvenientia ex illa sequerentur.

Dices esse non repugnantiam illam negationem, quia connotat existentiam.

Sed contra, & hoc est ignorantia terminorum, 67 quia illa connotatio est connotatio repugnantie negationis cum existentia, quia cum connotatio sit, respectu alterius debet esse, vel pertinentis cum pertinente, vel impertinentis cum impertinente, & disparato non impertinentis, seu disparati cum disparato, quia v. g. Dæmon, vt Dæmon non connotat viridem, & ratio evidens est, quia nulla fit consequentia à disparato ad disparatum, quæ sit in connexis, & in connotantibus: ergo est connotatio pertinentis, non pertinentis sequela: ergo repugnantia. Quod non sit pertinentis sequela evidens est, quia vnum contradictorium non est pertinens sequela, seu convenientia cum altero, vt cæcitas cum visu, Deus cum non Deo: ergo est repugnantia, & non cuiuscunque: sed maxime, & immediate, quæ

H h h

quæ est contradictoria, imo illa connotatio non distinguitur ab ipso contradictorio: sed contradictorium constituitur per illam, v. g. contradictorium negativum in esse negativo: sed illud esse negativum est maxima repugnantia ex se existentia: ergo illa connotatio est ratio formalis per quam constituitur intrinsece negatio in ratione repugnantia summæ ad existentiam; unde sicut illa connotatio intrinsece constituit negationem illam in esse repugnantia, ita extrinsece oppositum contradictorium constituit alterum in summa, & immediata repugnantia sui, nam quia existentia est positiva entitas, negatio existentia est contradictorium illius, quia si per impossibile alterum extremum non esset positivum, illa negatio non esset contradictoria immediate illius, quia iam essent duæ species negationis, vnaque negatio, vt ipsi aiunt, non est contradictorium immediatum alterius, nec vna species alterius specie negativa: ergo sicut connotatio negationis ad positivum est intrinseca ratio constituendi negationem in esse contradictorii; unde in esse maxime repugnantia, & in ipsa formalissima repugnantia ad existendum, sic connotatum extrinsecum illius connotationis constituit extrinsece in illo esse repugnantia, sicut quia potentia visiva, & materia prima constituantur intrinsece per connotationem, seu relationem in suo esse ad formam substantialem, & ad visibile, extrinsece constituantur à visibili, & à forma in esse materiae, & in esse potentia visivæ; unde si negatio existentia constituitur in repugnantia, per connotationem, vel quia connotat vnum contradictorium ipsum connotatum contradictorium extrinsece constituit aliud in esse repugnantia sui: ergo illa connotatio, nec illud connotatum possunt constituisse negationem existentia in ratione non repugnantia existentia, sicut v. g. quia ipsa essentia cæcitas, & repugnantia vnius, & per connotationem ad visum constituitur, quia illa connotatio est ipsa entitas seu essentia cæcitas in esse repugnantia respectu visus non potest iterum ab ipsa constitui, nec primario nec secundario in esse non repugnantia visus, quia constitueretur in esse contradictorii, & non contradictorii respectu visus, quod est impossibile, sicut impossibile est idem simul esse, & non esse.

68. Item illa connotatio constituit esse negationis in ordine ad contradictorium: sed non constituit in esse convenientis respectu contradictorii, quia contradictorium nullam habet convenientiam cum alio: ergo constituit in esse destructivi summi, & maximi repugnantis alteri propter connotatum, & connotationem: ergo propter illam non potest constitui in ratione non repugnantis, quia idem in esse, & non esse constitueretur ab eodem: sed per repugnantiam constituitur in esse impossibilis respectu existentia: ergo non constituitur per illam in esse possibilis: sed non est aliud per quod constituatur in esse possibilis: ergo nullo modo est possibilis in ordine ad connotatam existentiam, sicut v. g. cæcitas, quæ est negatio visus; & vt sic est contradictorium illius, non potest constitui in esse possibilis respectu visus in ordine ad visum: sed negatio existentia est contradictorium existentia: ergo non per illam in esse possibili constituitur.

69. Præterea, quia cum aliquid definit esse per adventum alterius, vnum non est in ordine ad al-

terum: sed possibile secundum adversarios definit esse cum advenit existentia: ergo illud non constituitur in esse possibilis per ordinem ad illam, nec per connotationem ad illam: ergo possibile non est in ordine ad existentiam: ergo in ordine ad non existentiam, quod est summum absurdum. Maior est evidens, quia vnum oppositum non potest esse in ordine ad aliud vt ad terminum, quem spectat: sed vt ad adversarium, quem destruat.

Aliqui ex adversariis asserunt negationem existentia, quia ex se propriissime repugnantia existentia est solum dici, & denominati non repugnantiam transitive, ratione termini quem connotat; unde idem est secundum hos transitive ac terminative, ac si dicant ideo esse non repugnantiam (quia talis negatio habet pro terminum connotato, in quem quasi convertitur, quia ad positionem existentia destruitur talis negatio) & in hoc sensu asserunt ignem, in quem convertitur lignum denominare ipsum lignum transitive, & sic lignum vocari ignem transitive, aut terminative, quam denominationem asserunt non esse strictissimam, & propriam, sed latam, & & impropiam.

Sed contra primo, & incipio ab his ultimis 71 verbis: ergo propriissime non denominatur existentia antequam actu sit possibilis ab ipsa negatione existentia. Patet consequentia, quia nulla forma impropria potest denominare, aut constituere proprie aliquid concretum in ea ratione, qua impropria est, v. g. amicitia prati, licet possit constituere pratum in esse amicitia, nihilominus non potest constituere ipsum in esse identis proprie, quia propria amicitia formalis est, & improprie risus; item efficacia Divina potest constituere Deum in esse efficacia, & non in esse ignis consumentis, quare quando in scriptura dicitur Deus noster ignis consumens est, illa locutio non est propria: sed metaphorica, & allegorica, quia efficacia divina non est propria forma ignis, sed metaphorica: sed per vos repugnantia existentia non est proprie, sed improprie repugnantia: ergo non potest constituere, & denominare ab æterno existentiam in esse non repugnantis proprie: atqui illa est proprie, & vere non repugnans esse: ergo ab alia formalitate propria debet non repugnans proprie denominari. Sed forma denominans creaturam non repugnantem existere est propria possibilitas: ergo propria possibilitas non est negatio, seu contradictorium existentia.

Quod autem possibilitas denominet, & constituat creaturam in esse non repugnantis, patet ex supradictis, quia idem est possibile ac non repugnans existere: ergo idem est vel identice, vel consecutive necessario possibilitas, ac non repugnantia.

Illam propositionem videlicet, quod existentia creata, aut creatura sit proprie, vere, & rigorose non repugnans patet evidenter, quia creatura quæ idem est ac existentia creata est proprium obiectum divinæ omnipotentia: sed proprium obiectum divinæ omnipotentia est quod proprie non repugnat existere, aut quod non implicat existere, vt patet ex definitione omnipotentia, quæ est virtus productiva illius quod non implicat, aut non repugnat existere, &c. ergo creatura propriissime est non repugnans existere.

Contra primam partem solutionis sic infargo, 71 quia

quia per vos negatio existentiae, quae proprie repugnans existentiae est, solum est transitive, aut terminative non repugnans: ergo solum potest denominare suum concretum transitive aut terminative non repugnans, & minime intransitive, & formaliter, v.g. si lignum solum transitive est ignis, & denominat ipsum ignem, solum potest denominare illum ignem transitive, & non intransitive, ac formaliter ignem; ratio à priori est, quia forma eo modo debet dare effectum formalem, & denominationem in concreto quo ipsa fuerit in abstracto, & minime opposito modo ac est ipsa in abstracto, & ideo albedo, quia opponitur nigredini, & habet esse, & oppositam denominationem illi non potest constituere, & denominare nigrum in concreto: sed negatio existentiae solum est non repugnans transitive, aut terminative in abstracto, & minime est non repugnans intransitive, & formaliter: sed potius denominatio non repugnans intransitive est adeo opposita denominationi, quam habet ipsa ut solum conveniat contradictorio illius quatenus contradictorium illius est, ratione oppositionis maximae quam habet cum illo: ergo negatio existentiae solum debet denominare existentiam creatam in essentia non repugnans transitive seu terminative, & nullo modo potest denominare creaturam formaliter, & intransitive non repugnans, quod adeo verum est, ut si creatura non fuerit capax talis denominationis nullam tribuat illi, & multo minus oppositam, quam in se habet, v.g. si albedo non potest tribuere denominationem albi, quia subiectum incapax est illius, nullo modo potest tribuere denominationem oppositam illi, scilicet nigri, & ideo debet relinquere subiectum sine vlla denominatione opposita sibi, alias forma, & effectus formalis opponerentur inter se contrarie, & causa tribueret effectui aliquid quod in se non continet, quod est contra evidentissimum illud axioma, seu principium lumine naturae notum, nemo dat quod non habet, neque exhibet quod nullo modo continet.

Sed creatura seu existentia creata nullo modo potest dici, neque esse transitive, aut terminative non repugnans: sed potius est formaliter, & intransitive non repugnans: ergo nullo modo constituitur, aut denominatur à negatione sui, seu à contradictorio proprio in esse non repugnans, & possibilis: ergo aliunde denominatur ab aeterno possibili: seu non repugnans formaliter, & intransitive, & haec erit non repugnans formalis, & propria, & non negatio existentiae, quae autem sit haec, postea videbimus.

Minor illa in qua est difficultas, sic demonstratur, quia illud est non repugnans transitive, seu possibile transitive, &c. quod in se non existit, neque producit: sed est terminus à quo illius quod in se producit, & existit, vel potest existere formaliter: contra vero illud est non repugnans, & possibile formaliter, & intransitive, quod in se existit, potest existere, potest produci, & potest terminare actionem divinam: sed existentia seu creatura positiva non est terminus à quo illius, quod existit: sed potius in se existit in se potest existere, & in se propriissime, & formalissime producit, imo impossibile est quod sit non repugnans existere transitive, & terminative, quia impossibile est quod sit negatio, seu contradictorium immediatum non repugnans intransitive, aut formaliter, ratione cuius incapax

est denominationis non repugnans transitive.

Tertio sic argumentor, quia per vos esse non repugnans transitive denominatur à termino, qui in se est non repugnans proprie, & formaliter: ergo iterum non potest terminus ipse constitui, & denominari ab ipso non repugnante transitive. Patet consequentia manifeste, quia causa in ea ratione qua est causa constitutionis, & denominationis alicuius extrinsece, aut intrinsece non potest iterum intrinsece, aut extrinsece constitui, aut denominari ab ipso effectu constituto, & denominato ab ipsa, alias ipsa causa ultimo à se ipsa constitueretur, & sic esset causa sui ipsius, & distingueretur à se ipsa; unde esset & non esset ipsa simul, quod est contra evidentissimum illud axioma metaphysicum, impossibile est idem simul esse, & non esse, quia quod est causa causae, est causa causati: sed ipsa existentia constituit per vos contradictorium proprium in esse non repugnans; & iterum ipsum contradictorium constituit existentiam in esse non repugnans: ergo de primo ad ultimum constituitur existentia à se ipsa in esse non repugnans: sed hoc est absurdum: ergo non à suo contradictorio, sed ab alia sibi propria non repugnans, & ab alia propria possibilitate constituitur in esse possibilis, & non repugnans: ergo propria, & vera possibilitas non est contradictorium existentiae.

Exemplis claris demonstratur totum hoc, quia potentia visiva per visionem intrinsecam, & propriam constituit patientem extrinsece visum, non potest iterum paries visus constituere ipsam potentiam visivam in esse videntis, sed potius, quia ipsa constituit patientem visum ipsa per visionem propriam quam habet ex se, & non à patiente denominatur videntis; item, quia lignum denominatur transitive ignis ab igne, iterum non denominat ipsum ignem, nec constituit ipsum in esse ignis, & quia aliquo modo homo ridens constituit primum in esse ridens, non potest constitui iterum ab ipso primum ridens in esse ridens, sed potius homo constituitur per risum sibi proprium in esse ridens: sed contradictorium existentiae dicitur non repugnans transitive, quia habet terminum, qui intransitive non est repugnans: ergo iterum ipse terminus non repugnans non potest formaliter constitui in esse non repugnans ab ipso contradictorio, quod à se constitutum iam erat ante quod fundatur in illo principio evidentissimo metaphysicae, propter quod unum quodque tale, & illud magis, id est, quidquid est propter aliud ita debet esse, ut illud aliud à se sit: sed negatio existentiae est non repugnans propter existentiam: ergo existentia ipsa non potest esse non repugnans ab ipso contradictorio, sed à se ipsa, ut v.g. quia omnis creatura habet esse à Deo, Deus non debet habere esse à creatura, sed à se, & quia album habet esse ab albedine, albedo non habet esse ab albo formaliter, sed potius à se est albedo formalissime, & quia in mea sententia existentia est possibilis à possibilitate; iterum ipsa possibilitas non est ab existentia, sed à se ipsa: ergo si negatio existentiae est non repugnans per ordinem ad existentiam: ergo ipsa existentia iterum non debet esse non repugnans ab ipsa negatione existentiae, sed à se ipsa per possibilitatem quam in se, & à se habet distinctam à negatione existentiae: ergo negatio existentiae non est propria possibilitas: ergo alia possibilitas datur, quam postea assignabimus.

SVBSECTIO VIII.

Principale argumentum ponitur.

78 **Q**uia Deus ab aeterno cognoscit negationem & terminum negatum existentiae exercitae cuiuslibet creaturae, siue in tempore creandae, siue nusquam creandae; tum sic, formet Deus ab aeterno hanc propositionem de termino negato, terminus negatus talis negationis est possibilis fieri intransitive à me, estne vera, an falsa hanc propositionem: si falsa: ergo quia terminus repugnat fieri intransitive à Deo: ergo implicat quod de facto ab ipso intransitive fiat, quod est manifeste falsum: ergo falsum est dicere esse falsam illam propositionem, aut repugnare terminum intransitive fieri à Deo: erit ergo vera: ergo quia obiectum est intransitive producibile à Deo, & cum talis denuntiatio detur antequam terminus actu producat, & fiat, imo etiam si nusquam sit actu producendum, reliquum est ut detur aliquid vere producibile à Deo, & possibile fieri intransitive ab illo antequam producat & fiat, imo etiam si non sit producendum, & faciendum hoc concretum est verum aliquid quod nunquam est faciendum, vere proprie, & rigore est factibile à Deo, potest fieri à Deo, est possibile produci ab ipso intransitive: sed hoc non potest esse contradictorium existentiae, quia illud neque ut quo, neque ut quod est non repugnans formaliter, & intransitive: ergo aliud est quod non repugnat intransitive distinctum à contradictorio existentiae: sed quod non repugnat intransitive est vere, proprie, & rigore possibile, & non repugnans intransitive, & formalis est vera, & propria possibilitas: ergo vera, & propria possibilitas seu possibile est distinctum à contradictorio existentiae: ergo contradictorium existentiae seu negatio illius non est possibilitas de qua agimus.

Vergetur, & confirmatur amplius, quia privatio, seu negatio per modum privationis, ideo est talis & non pura negatio, quia est carentia cuiusdam esse, quod potest existere, & non existere, quare si interrogem ego, cur negatio visus in pariete sit pura negatio, & carentia visus in homine sit privatio, & non pura negatio; tu si philosophus es, respondebis, quia est carentia potentiae visivae, quae potest esse, & non esse, ac proinde carentia in subiecto capaci habendi, & non habendi talem potentiam visivam; itaque hoc certissimum est in bona Philosophia, privationes, & negationes se habere ad modum relationum, quae totum suum esse habent, & accipiunt à terminis; ita negationes, & privationes habent suum esse eo modo quo sunt formae quas negant, & eo modo quo sunt subiecta, quae connotant; è contra vero non potest dici quod forma, vel terminus negatus per talem negationem, & carentiam, debeat regulari cum privatione, & negatione: sed potius ex se, & à se est talis; unde si interrogem, cur homo sit capax visus, & cur potentia visiva possit esse, & non esse in homine: non debet responderi, quia carentia talis potentiae visivae est privatio, indigna enim responsio Philosophi; sicut enim & multo magis si aliquis interrogaret, cur pater sit pater? & responderet aliquis, quia habet filium genitum, & postea iterum interrogaretur ab eo, cur iste sit genitus: perperam res-

ponderet qui diceret, quia datur relatio paternitatis ad ipsum, & ratio est manifesta, quia posterius bene potest definiti per prius, quia habet totum suum esse in ordine ad illud, propter dependentiam quam habet ab ipso, prius autem, quia nullo modo dependet à posteriori, praecipue quando sumitur ut quid absolutum, non debet definiti proprie per posterius; sed per praedicata constitutiva illius: sed terminus negatus per negationem, & privationem, quia specificat illas est suo modo causa finalis, seu formalis extrinseca: ergo est prior negatione, & privatione: ergo non potest definiti, & cognosci per privationem: sed per praedicata constitutiva illius; tum sic, existentia creaturae, ut distinguitur à chimera, habet pro opposito negationem, seu privationem; de hac autem si interrogem, quare carentia existentiae ab aeterno sit privatio, & carentia entitatis chimerae sit negatio? optime respondebitur si dicatur, quia existentia creaturae, à qua specificatur negatio illius, vel ex qua colligitur quale sit esse illius potest esse, & entitas chimerae non potest esse; si autem iterum interrogemus, quare entitas creaturae potest esse, & entitas chimerae non potest esse? non debemus recurrere iterum ad ipsam negationem quae est posterior ipsa existentia in intentione: sed potius dicendum est, quia ex productione, seu existentia creaturae non sequuntur duo contradictoria simul, sicut sequerentur ex productione chimerae, itaque ideo existentia creaturae potest produci à Deo, quia non implicat contradictionem in se, & ex se: ergo in intentione prius est totum hoc concretum creaturae non implicans contradictionem, seu non repugnans, quam hoc negatio illius existentiae per modum privationis, sicut prius est esse genitum, quam relatio paternitatis in tua sententia, quia per ordinem ad illum constituitur; unde male diceret tu si assereres esse genitum, quatenus esse genitum est, aut constitui, aut denominari extrinsece, vel intrinsece à paternitate; nam si hoc diceret, hac demonstratione convinceretur genitum, ut genitum, quia est specificativum, & distinctivum paternitatis est prius ipsa paternitate in intentione: sed quod est prius ut prius, praecipue quando illud prius est absolutum, non dependet à posteriori, & sic non potest constitui ab illo: ergo genitum ut genitum, non potest constitui à paternitate: sed ab aliquo omnino priori ipsa paternitate, & quod habeat ex se genitum, & non emendicatum à paternitate, quae argumentatio sine dubio est evidens.

Ergo similiter hæc est demonstratio contra te, 79 existentia in intentione prius est suo contradictorio, quatenus est obiectum omnipotentiae, ac proinde quatenus potest fieri ab omnipotentia, seu quatenus non implicat (quia synonyma sunt obiectum omnipotentiae, quod potest fieri ab illa, & quod non implicat fieri ab ipsa) contradictorio suo, seu negatione per modum privationis, talis existentiae non implicantis, quia distinctivum & suo modo specificativum talis negationis, quatenus distinguitur à pura negatione chimerae, est existentia, quae est obiectum omnipotentiae: sed est existens sicut non dependet à posteriori, quod est prius sicut non dependet à posteriori, & quia est ita neque constituitur à posteriori, & quia est absolutum ab omni relatione ad illud, non indiget ipso ad sui cognitionem: ergo existentia, ut obiectum omnipotentiae, & quatenus potest produci à Deo, vel quatenus non implicat ab aeterno non

non constituitur à contradictorio suo, seu à propria privatione: sed potius debet constitui à praedicatis prioribus ipsa privatione, sicut v.g. potentia visiva, & subiectum capax illius non constituitur à privatione: sed à proprijs praedicatis prioribus ipsa privatione, quae posterior est in intentione, capacitate subiecti ad habendam potentiam visivam, & potentia seu capacitate potentiae visivae aut visus ad existendum in oculis: ergo potentia ut producat à Deo, seu non implicatio ut producat à Deo per quam constituitur existentia creaturae in esse obiecti omnipotentiae, sunt priores intentione ipsa negatione per modum privationis existentiae: ergo potentia ad essendum, & non implicatio ut sic distinguuntur ab ipsa privatione existentiae, quia quod est prius distinguitur à posteriori: ergo privatio existentiae non est ipsa potentia ad essendum, quae explicatur, vel dicit non implicationem ad existendum: sed potentia ad existendum, seu non implicatio ut producat à Deo ex parte creaturae est non repugnantia ad essendum, ac proinde est possibilitas: propterea & rigorosa, nam sicut sinonima sunt potius produci à Deo, non implicans produci à Deo, non repugnans, & possibile, ita similiter potentia ad essendum, non implicatio, non repugnantia, & possibilitas sunt sinonima: ergo possibilitas propria, & rigorosa, & non repugnantia ad existendum distinguuntur à privatione existentiae, & sic privatio existentiae nullo modo est possibilitas creaturae.

⁸⁰ Quod autem supposito, quod concretum possibile potius existere, & non implicans existere sit prius privatione, aut negatione existentiae debeat necessario potentia ad existendum, possibilitas, & non implicatio per quam constituitur tale concretum esse prior ipsa negatione existentiae per modum privationis, evidentius, & manifestius patet, quia quod est prius priori respectu posterioris à fortiori debet esse prius ipso posteriori, v.g. avus est prior patre priori nepote: ergo à fortiori avus debet esse prior nepote, quia si vinco vincentem te à fortiori vincam te, & quod est causa causae est causa causati: sed illa potentia, & non implicatio, &c. est prior concreto, priori privatione existentiae, quia est causa constitutiva talis concreti: ergo à fortiori ipsa potentia est prior, seu non implicatio tali privatione.

⁸¹ Urgetur, privatio aut negatio per modum privationis distinguitur à negatione pura chimæ, quia hæc est negatio potentis existere, & illa est negatio non potentis existere: ergo potens, & non potens existere sunt tales non ratione privationis: sed propter se, & ex se ut iam supra diximus ex illo axioma, propter quod unumquodque tale, & illud magis: ergo in esse potentis existere non est constituta ab ipsa privatione: sed potius ab aliqua formalitate quam habet à se: sed illa formalitas est possibilitas: ergo possibilitas non est privatio existentiae, ne idem per se ipsum, & à se ipso causetur clarius, ut iam diximus illa privatio distinguitur à negatione chimæ, quia respicit terminum distinctum à chimæ: ergo terminus ille iterum non est distinctus à chimæ à priori ratione privationis: sed potius ratione sui, sicut, v.g. contentia compositionis essentialis, quæ datur in materia prima respectu formæ, vel respectu unionis ad ipsam distinguitur à carentia, seu negatione unionis essentialis, quæ datur in Deo, quia materia prima essentialiter est

vnibilis, & Deus est invnibilis; si autem iterum aliquis diceret, materia prima est vnibilis, & Deus non est vnibilis à priori, quia Deus habet negationem puram vnibilitatis, materia autem prima habet privationem, falso responderet, quia causa à priori invnibilitatis Dei essentialis, & potentia unionis essentialis, seu vnibilitatis materiae primæ non est privatio, seu oppositum talis unionis: sed potius in Deo est eius ratio completa, & in materia prima incomplementum essentialis, quod habet: sed privatio existentiae est talis, & distinguitur à negatione existentiae in chimæ, quia hæc est carentia potentis existere, & illa est carentia, seu negatio non potentis existere: ergo falso diceret qui assereret ideo à priori distingui & constitui, in esse potentis existere existentia, & chimæ in esse impotentis existere, quia existentia habet pro opposito privationem, & chimæ negationem: ergo constitutum formale ipsius existentiae in esse potentis existere, quatenus distinguitur à chimæ non est privatio existentiae, & ratio manifesta est, quia unum oppositum non constituitur essentialiter per aliud quando unum oppositum est absolutum, & est perfectus suo opposito; quis enim potest dicere hominem esse animal rationale à priori, quia contradictorium eius non homo, & non animal rationale: aut quis potest dicere Deum constitui in esse Dei, quia habet contradictorium quod est non Deus sit vel non sit: quomodo voluerint adversarij, certe nullus cordatus, quia Deus non per suum contradictorium; sed per suam divinitatem quæ distinguitur omnino à contradictorio Dei: sed existentia creaturae, quatenus est obiectum omnipotentiae, & ut distinguitur à chimæ essentialiter est possibilis, & essentialiter non repugnat esse: ergo possibilitas, seu non repugnantia est de essentia existentiae, ita ut sit constitutum essentialiter illius: patet evidenter hoc, quia id per quod distinguitur essentialiter unum ab alio est de essentia illius quod distinguitur ab illo v.g. quia anima rationalis distinguit hominem ab equo essentialiter physice, anima rationalis est de essentia hominis physice, & quia independentia distinguit Deum à creatura essentialiter est de essentia Dei illa independentia: sed existentia Petri v.g. distinguitur essentialiter à chimæ per possibilitatem, & non repugnantiam, ita ut si Petrus v.g. non haberet possibilitatem, & non repugnantiam repugneret, & non esset possibilis, ac proinde esset chimæ: ergo possibilitas, & non repugnantia sunt de essentia existentiae, seu de essentia entis realis, & ideo quidditative ens reale constituitur à possibilitate, & non repugnantia ad essendum; unde ens reale in tota sua latitudine definitur sic, est id quod non repugnat existere, seu quod est obiectum omnipotentiae, aut quod potest produci à Deo (loquimur enim de ente reali creato.)

Sed unum contradictorium neque adæquate, & neque inadæquate est de essentia, aut constituit essentialiter alterum contradictorium, neque est de quidditate illius, quis enim tantum delirium auderet dicere, affirmando contradictorium Dei esse de essentia Dei, & de quidditate ipsius, & negationem hominis esse de essentia hominis, & de completa definitione illius: ratio autem est manifesta, quia id quod est de essentia alicuius formaliter denominans illud, & constituens ipsum, licet aliquando sit separatum ab illo, ut materia mea

prima, quæ fuit separata à me, nihilominus petit in perfectioni statu intrinsece constituere illud, & componere ipsum, & minimum coexistere simul cum illo: sed vnum contradictorium nullo modo potest vni cum altero, nec coexistere simul cum illo: ergo vnum contradictorium non est de essentia alterius, ut constituat formaliter ipsum, & distinguat illud formaliter ab alio, eo modo quo non repugnantia, & possibilitas constituit formaliter ens reale, & distinguit illud ab ente chimærico, & impossibili: sed negatio entis realis, seu existentia distincta essentialiter à chimæra est contradictorium immediatum illius: ergo non potest esse de essentia existentia, quatenus distinguitur à chimæra: sed existentia quatenus distinguitur à chimæra est existentia possibilis reduplicative, & formaliter: ergo negatio existentia possibilis non est de essentia illius, quatenus possibilis: ergo negatio existentia possibilis, quatenus possibilis non est possibilitas per quam constituitur in esse possibilis, sicut ens reale non potest constitui in esse entis realis per negationem entis realis: sed possibilitas ut probatum est, & patet ex terminis est de essentia formalissime existentia possibilis ut possibilis, eo modo quo albedo est de essentia albi ut albi, quia forma est de essentia concreti, quatenus talis, & de essentia effectus formalis illius: ergo evidenter, & manifeste sequitur contradictorium existentia realis, aut negationem immediatam, & primariam illius nullo modo esse possibilitatem, seu non repugnantiam ad essendum. Unde possibilitas quæ est de essentia existentia realis nullo modo destruitur, quando datur existentia realis, sed potius est in statu perfectiori, quod patet evidenter, nam id quod est prædicatum essentialiale est vnum, & idem quotiescumque verificatur, quia prædicata essentialia sunt invariabilia: sed quando existentia existit est verum dicere non repugnat existere intrinsece essentialiter: ergo non repugnantia simul est cum existentia, & est prædicatum essentialiale illius: ergo est invariabile: ergo est vnum, & idem prædicatum non repugnantia, seu possibilitas, quæ nunc verificatur de existentia, ac possibilitas, & non repugnantia, quæ ab æterno verificatur de existentia, sicut animal rationale, quod verificatur de homine quando existit est idem, quod sub conditione verificatur per te ab æterno de ipso homine, quia vnum constitutum essentialiale non habet duo prædicata essentialia eiusdem denominationis diversæ inter se, ex quibus vnum destruitur per adventum alterius, ut duas materias primas, duo animalia rationalia, sed vnum & idem eiusdem denominationis invariabile, & immutabile: ergo eadem est non repugnantia, &c. sed non repugnantia, quæ actu verificatur, quia est simul cum existentia non est contradictorium existentia: ergo contradictorium existentia nulla non repugnantia existentia est.

SUBSECTIO IX.

Aliud argumentum principale ponitur.

³⁴ **P**ossibilitas non destruitur nec potest destrui per positionem, & adventum existentia: ergo possibilitas non est contradictorium illius: consequentia est manifesta, quia vnum contradictorium destruitur adveniente altero, ut adveniente

non homine destruitur homo, & adveniente visu, destruitur non visus: sed adveniente existentia non destruitur possibilitas: ergo possibilitas non est contradictorium existentia: antecedens sic demonstratur per adversarios, ut late probant, & his verbis asserunt *tractatu 2. met. disp. 1. §. dico 6.* esse creaturarum possibilem convenit illis æqua necessitate, ac esse divinum Deo, quod sic probant, & recte, Deo convenit suum esse maxima necessitate, quia in illo esse Deus est à se simpliciter independentens: sed creaturæ possibiles in suo esse sunt etiam à se simpliciter independentes: ergo convenit illis maxima necessitate: ergo non est magis necessarium Deus in suo esse, quam creaturæ possibiles in suo: tum sic, sed Deus propter summam illam necessitatem provenientem ab independentia simpliciter nullo modo potest destrui: ergo nec creaturæ possibiles posita existentia, vel quocunque alio modo non possunt destrui. Hæc consequentia sic probatur, ideo Deus per nullius positionem potest destrui, quia Deus est summe necessarius, quia est summe, & simpliciter independentens, & à se in suo esse: sed creaturæ possibiles non sunt minus necessariae, sed æquali necessitate sunt in suo esse ac Deus, quia sicut Deus est à se sine dependentia ab alio, quia Deus, ut supra diximus, sicut non potest facere quod ipse non sit, sic non potest facere ut impossibile non sit impossibile: sed Deus, ut diximus, propter illam necessitatem per nullius positionem est destructibilis: ergo creaturæ possibiles, ubi est æqua ratio formalis necessitatis, habebit æque effectum vel quasi effectum formale illius, scilicet quod non possit villo modo destrui etiam per positionem alterius, quod hoc exemplo evidenter convincitur, sicut homo est albus, vel calidus, ut duo propter albedinem seu calorem ut duo existentes in ipso: sed in equo dantur, & existunt æque calor, & albedo ut duo: ergo equus erit calidus, & albus ut duo æque ac homo, quia ubi est eadem ratio formalis est idem effectus, vel quasi effectus formalis: ergo similiter in creaturis possibilibus si datur æqua independentia, & necessitas, æque erunt indestructibiles, etiam per positionem alterius, ut est Deus.

Respondent adversarij, dari duplicem necessitatem, aliam quæ est independentia ab aliqua causa, aliam id est incapacitas, ut destruat per positionem contradictorij, creaturæ possibiles sunt æquales Deo in prima, non autem in secunda.

Sed contra, & non statur proprijs Verbis, quæ 85 alibi posita fuerant ab ipsis adversarijs, nam necessitate, quam ipsi posuerant circa creaturas possibiles, *dico illo 6.* erat necessitas non desinendi villo modo, & in hac æquales posuerant creaturas possibiles cum Deo: ergo falso nunc solvunt non sibi coherendo argumentum positum: antecedens sic patet, quia huic argumento Basilij Ponce his Verbis respondent, argumentum sic se habet [magis distat Deus à non esse, quam creaturæ possibiles: ergo Deus maiori necessitate est, quam illæ.] Respondent, nego quod Deus distet magis à non esse, quam creaturæ possibiles: sed Deus, quia maxime distat à non esse, ita distat à sua destructione, & sic est necessitas Deus, ut nec per positionem alterius destruat, & ita necessarius, ut non solum necessitate independentia, sed etiam incapacitatis, ut destruat, sicut, quia Deus maxime distat ab esse Angelico, est incapax ut convertatur

tur in Angelum, vel perveniat ad esse Angelicum: ergo si distat maxime à non esse, est incapax ut perveniat ad non esse sui, & sic est incapax destructionis, sive per positionem sui contradictorij, sive alio modo: sed æque per vos creaturæ possibiles distant à suo non esse, sicut Deus, siquidem non magis distat Deus à suo non esse, quam creaturæ possibiles à suo: ergo sicut Deus propter illam distantiam non potest destrui nec pervenire ad non esse etiam per positionem sui contradictorij, & propter hoc est summe necessarius necessitate incapacitatis, ut destruat illo modo, creaturæ possibiles quæ sunt in hac ratione formali distanti à non esse, & à sua destructione æquales cum Deo, æquales erunt etiam in necessitate indestructibilitatis, quæ est effectus, vel quasi effectus, vel ipsa formalis necessitas, vel ipsa formalitas distantie à non esse.

86 Præterea, quia ideo Deus habet hanc secundam necessitatem, quia habet independentiam, quæ vocatur prima necessitas, sic enim à Theologis 1. p. & à met. 1. lib. met. demonstratio huius secundæ necessitatis effarmatur, Deus est à se, & independens in suo esse, & nullo subditur in habendo suum esse: ergo non potest destrui ab aliquo; quia quod non habet causam sui esse, sed à se illud habet, & à se non possit privari illo esse, sic etiam non subditur in conservatione, vel destructione sui esse, & in habendo, vel non habendo suum esse: unde impossibile est, quod villo modo destruat Deus, & sic evidenter sequitur esse immortalem Deum: ecce demonstratio, quæ probatur ab omnibus sanctis Patribus, Theologis scholasticis, & metaphysicis summa necessitas opposita destructibilitati in Deo, quocunque modo quæ sic applicatur creaturæ possibilis in illo esse, quod est in statu possibilitatis ab æterno æque non dependet ab alio, sed à se habet, & non subditur alteri in habendo illud esse, quia non accipit illud ab aliqua causa etiam à Deo: ergo non potest destrui ab aliquo villo modo, quia quod non habet causam sui esse, sed à se illud habet, &c. sic etiam non subditur in conservatione, vel destructione sui esse, & in habendo, vel non habendo esse villo modo: ergo sicut ibi est demonstratio apud omnes illa convincens necessitatem secundam in Deo ex vi independentie, sic erit hic demonstratio convincens ex vi independentie æqualis in creatura possibili, ac in Deo, quia ubi est idem medium formale eadem conclusio in diversam materiam concluditur, v.g. Pater æternus est indestructibilis, quia est independens: sed Verbum Divinum est etiam independens æqua independentia: ergo æque omnino est indestructibile, ac Pater æternus quacunque destructione, imo è contra si aliquis diceret, ut secundus Dæmon post Luciferum, Luciferum esse æqualem Deo in prima necessitate independentie: optime, & evidenter concluderetur, Lucifer non potest destrui villo modo, & è contra si potest destrui à Deo, Lucifer non est independens à Deo: ergo non est Deus, quia quod subditur in hoc, quod possit ab illo tolli, vel non tolli ab illo esse, optime concluditur non habere esse nisi per dependentiam ab alio: ergo si creaturæ possibiles destruantur à Deo: ergo illa possibilitas non est à se: sed à Deo, quia si esset à se, non tolleretur ab alio illud esse, v. g. privatio visus actualis secundum esse actuale il-

lius non est à se, & independens, quia posita potentia visiva, & visu à Deo destruitur illa actualis privatio, seu carentia visus, & idem est de tenebris respectu lucis, & quia entitas positiva Angeli potest destrui positione sui contradictorij, non per concursum positivum: sed per subtractionem concursus, evidenter sequitur illam substantiam Angeli, quia non habet hanc, secundum necessitatem indestructibilitatis villo modo non habere primam necessitatem independentie: ergo si creatura possibilis potest explicari illo esse à Deo, & destrui per positionem sui contradictorij, evidenter sequitur non habere hanc secundam necessitatem, ex quo evidenter colligitur non habere primam independentiam simpliciter sicut Deus, quia ex prima necessario sequitur secunda, & sic à prima ad secundam evidens fit illatio, ut vi dere licet in demonstratione omnium Sanctorum, & Theologorum, & sicut à posteriori ex secunda necessitate in Deo colligitur evidenter prima necessitas independentie in Deo secunda necessitas indestructibilitatis in ipso.

Dices, ideo Deus suo esse spoliari non potest, nec desinere esse, etiam per positionem sui contradictorij, quia est à se, & est positivum, creatura vero possibilis spoliari potest, quia esse illud independens est negativum.

Contra, quia illud solum quod est medium sufficiens ad erudiendum aliquid in conclusione veræ, & propriæ demonstrationis, & ad vniendum in conclusione subiectum cum prædicato est ratio sufficiens, & adæquata solum, & non aliud, quare subiectum in conclusione demonstrationis veræ sit capax prædicati in illa conclusione, & non potest dici quod ratio, vel causa illius vniens subiectum cum prædicato sit medium simul cum subiecto conclusionis ad hoc ut ipsum subiectum constitutur per prædicatum, v.g. in hac demonstratione, omne quod est rationale est risibile: sed Petrus est rationalis: ergo Petrus est risibilis; ubi tota, & adæquata ratio quare Petrus sit risibilis, & eruat illa conclusio est rationale, quod est medium formale, quis enim amens posset dicere, non esse rationale solum causam erudiendi, & quare constitutur Petrus à risibilitate in conclusione: sed etiam Petrum cum rationali; unde interroganti, quare Petrus est risibilis, & quæ sit ratio adæquata quare in illa entitate Petri sit risibilitas? dicat esse Petrum, & esse rationalem, aptius enim responderet, ideo materiale Petri constituitur in esse risibilis à risibilitate, & pullulat ipsa risibilitas in illo, quia est rationalis, & ratio evidens secundum bonam logicam est, quod adæquate distinguitur medium formale à toto consequenti conclusionis, & sic medium non ingreditur conclusionem; sed in hac demonstratione omnium Theologorum, omne ens independens, & à se, est necessarium, & indestructibile: sed esse positivum Dei est independens, & à se: ergo esse positivum Dei est necessarium indestructibile, in qua demonstratione medium adæquatum, & formale est tantum independentia, & à se, ex quo medio in conclusione positivum esse Dei esse indestructibile, & necessarium hoc modo: ergo male responderet qui diceret, quare positivum Dei est necessarium, & indestructibile, quia est positivum independens, iam enim medium integraretur in veram, & propriam demonstrationem à medio, & à subiecto illius.

lius conclusionis, & sequerentur etiā absurda, nuper dicta syllogismo antecedenti ergo adequata, & sola ratio formalis, quare positivus Dei sit indestructibile, tam ad responsum, quam ad conclusionem scientificam, & veram erit sola independentia, & à se, & mala responsio adversarij: sed esse negativum creaturarum possibilem habet eandem rationem formalem independentiæ, & à se: ergo in conclusione vera demonstrativa poterit esse subiectum illius prædicati indestructibile, quia illa materia, quæ est capax medij formalis alicuius prædicati, licet distinguatur ab alia materia, est capax illius prædicati alterius materiæ, etiam realiter distinctæ à se, quod sic demonstratur. Omne quod est ens à se, est indestructibile necessarium: sed Pater æternus est à se independentis: ergo Pater æternus est necessarius indestructibilis. Muta materiam Patris æterni in Verbum Divinū, & eodem modo demonstrative colliges conclusionem; imo si per impossibile Angelus esset capax independentiæ, & à se, esset capax illius rationis formalis, & esset capax prædicationis illius necessitatis: ergo si negativum creaturarum possibilem est capax medij independentiæ, erit etiam capax essendi subiectum prædicationis sequentæ ad illud medium formale, & non valebit respondere, quia Deus est positivum independentis, indestructibilis; creaturæ autem possibiles, quia sunt, negativum ens sunt, & independentis non sunt tale, hoc enim manifesta petitio principij est, sicut esset si aliquis concederet Angelum esse independentem, & interroganti, quare esset positivum Angeli non esse indestructibile, & esse Dei, quia positivum Angeli est positivum Angeli independentis, vel est independentis Angeli, & positivum Dei est independentis positivum; imo ideo non potest poni contradictorium negativum Dei, & esse impossibile, & sic non potest destrui Deus, quia esse positivum Dei est à se, & independentis, & necessarium primo modo, & sic est necessarium in suo esse positivo, est impossibile alterum contradictorium; unde non poni potest, per cuius positionem destruat positivum contradictorium: sed creatura possibilis est in suo esse negativo à se, & independentis, & sic primo modo est necessarium: ergo ex illo sequitur secundus modus necessitatis, id est indestructibilitas; unde non poterit poni contradictorium positivum illius, ad cuius positionem destruat esse negativum illarum, sicut contingit in Deo, ut diximus; unde si sit negativum, si positivum esse, propter independentiam erit absolute indestructibile.

88 Quod sic evidenter convincitur: indivisio à se, quæ in sententia adversariorum constituit Deū formaliter vnum, & negatio peccati crudelitatis, & erroris in Deo sunt formaliter negationes. De prima certum est apud adversarios, & ideo dicunt in Deo vnum non addere positivum; sed negativum, & nihilominus illæ negationes non possunt destrui in Deo, nec per positionem sui contradictorij, & hoc quia sunt negationes in Deo independentes, & à se, & sic est impossibile summ contradictorium, nam quidquid in Deo est independentis est, & nihilominus illud esse est negativum, & non positivum; ergo dum tamen sit independentis, quomodocunque sit, si positivum, si negativum, erit indestructibile, nam ideo indivisio à se ut diximus est indestru-

ctibile, licet sit negatio, nam eo quod Deus est independentis indestructibilis: sed etiam in quantum vnum transcendentaliter est independentis; ergo in quantum vnum erit indestructibile: sed in quantum vnum dicit negationem: ergo in quantum dicit negationem est independentis ab alio; unde illa negatio independentis erit, quia quidquid constituit Deum est independentis ut Deus: ergo in tantum illa negatio est indestructibilis ut Deus, in quantum ut independentis constituit Deum in esse vnius indestructibilis, secundum quod vnum transcendentaliter est: sed esse negativum creaturarum possibilem habet illam rationem independentiæ, & à se, sicut esse negativum unitatis Dei: ergo erit indestructibile, sicut illud negativum, ita ut sit impossibile poni contradictorium illius negativum, licet illud negativum non sit positivum independentis, quia quando vnum contradictorium est indestructibile, est impossibile alterum: sed existentia actualis non est impositibilis, & improductibilis, cum de facto ponatur, & producat; ergo existentia actualis non est contradictorium possibilitatis, nec possibilitas negatio existentie actualis.

89 Vergetur amplius per adversarios Deus ita connectitur necessario cum creatura possibili, ut deficiente possibilitate, deficiat connexio necessaria Dei, & deficiente connexione, deficiat omnipotentia, & deficiente omnipotentia, deficiat & destruat Deus: sed de facto per vos producta existentia destruit creatura possibilis: ergo de facto destruitur omnipotentia, & destruitur Deus, quod est hæreticum.

Dices non deficere omnem possibilitatem: sed loco possibilitatis logicæ subrogari physicam, quæ est existentia cum qua perseverat connexio, & non deficit; unde non deficit Deus.

Contra, quia connexio quam Deus habet, necessaria est cum illo esse creaturarum possibilem, de quibus adversarius dixerat *conclusione 6.* esse independentes, & æquales hæc necessitate simpliciter cum Deo, nam postquam *eadem q. 1. sect. 4. tract. 2. Dico 6.* hæc verba protulit, esse creaturarum possibilem convenit illis æqua necessitate, ac esse Divinum Deo, conclusione immediate sequenti sic ait, *Dico septimo*, æqualis hæc creaturarum possibilem necessitas in suo esse non est sine connexione necessaria cum esse divino, quæ tanta est ut illis impossibilibus, & deficientibus Deus deficiat, & sit impossibilis: sed existentia actualis exercita, quæ immerito possibilitatis logicæ non est æqualis cum Deo in aliqua necessitate, quæ nec habet necessitatem independentiæ cum producat à Deo, nec habet necessitatem indestructibilitatis, quia de facto corrumpitur ergo connexio necessaria, quam habet omnipotentia Dei non est cum existentia exercita, nec cum possibilitate physica: sed cum logica, quæ saltem habet primam necessitatem independentiæ: sed illa possibilitas etiam cum qua potest habere necessariam connexionem destruitur adveniente existentia, & deficit, & non est dum destruitur: ergo deficit, & destruitur connexio, quia destructum extremo connexionis, necessario destruitur ipsa: sed destructa connexione destruitur Deus: ergo si de facto possibilitas destruitur, destruetur etiam de facto Deus in illorum sententia, v. g. si non essent creaturæ possibiles: sed omnes ab æterno fuissent non possibiles.

Quæst. I. Quid sit possibile formaliter. 433

possibiles, & ut verbis eiusdem auctoris loquar probatione secunda partis conclusionis 7. ubi sic ait, proba virtutem eminentialem producendi creaturas defuturam Deo deficiente possibilitate illarum, virtus enim eminentialis producendi creaturas est virtus primæ causæ: sed impossibili effectu, & deficiente possibilitate illius deficit, & est impossibilis virtus causæ: ergo deficiente, &c. Hoc argumentum demonstratio vocatur ad probandam connexionem Dei necessariam: tum sic, destructa possibilitate deficit, & non est possibilitas, sicut destructo homine deficit, & non est homo, & destructa existentia, seu actualitas deficit, & non est actualitas, & existentia in illo ipso esse, quod destruitur: quis enim dicat nunc esse D. Petrum, quia iam Divus Petrus in suo esse actuali destructus est: sed creatura possibilis in illo esse possibili destruitur: ergo in illo esse possibili non est: ergo connexio cum illo esse non est: ergo virtus illius connexionis non est: ergo Deus, cuius est virtus non est, quod est manifesta hæresis: ergo clarius, & suavius est dicere non destrui possibilitatem adveniente existentia.

91 Quod sic amplius concluditur, quia connexio non potest dari in Deo, vt omnipotente ad illud quod non est possibile, sicut non potest dari connexio inter intellectum divinum, & illud quod non est cognoscibile, quia non est intellectus ad cognoscendum quod non potest cognosci, sicut potentia generativa in divinis non potest connecti cum Spiritu Sancto, quia Spiritus Sanctus ingenerabilis est à Patre, & quod non est generabile non est obiectum illius, & connexionis inter potentiam, & obiectum: sed quod non est possibile, nec actuale non est obiectum omnipotentia, alias chymara esset obiectum omnipotentia: sed possibile ex se non est actuale existens, quia est contradictorium existentis, & in illo esse possibile destruitur, & illud quod destruitur, in qua ratione destruitur non est, quia destruitur formaliter adveniendo non esse illius: ergo possibili absolute, & omnimodo non est possibile dum est existentia: ergo dum est existentia non est connexio in Deo necessaria, quæ ab æterno fuit cum illo esse possibili: sed quod ante fuit, & nunc non est, vere destructum est: ergo connexio quæ ab æterno intrinsece fuit in Deo, nunc in hoc instanti destructa est: vnde destructa erit essentia, & omnipotentia Dei, quæ non potest persistere sine connexione, nam connexio est in vtrumque extremum ita vt non possit esse in vno tantum extremo, & si connexio necessaria est vtrumque extremum ita indefectibile debet esse, vt nullo modo possit deficere, & destrui aliquod illorum, quare vno ore fatentur omnes Theologi nullam connexionem necessariam posse dari in Deo ad creaturas actu existentes, nec ad privationes actuales rerum, v.g. nec ad visum, nec ad cæcitatem actuales. Vnde certum est apud omnes scientiam visionis non esse necessariam in Deo, quoad terminationem, quia terminatur ad creaturas actu existentes vel futuras, in quo distinguitur à scientia simplicis intelligentiæ, quæ necessaria omnino est quoad terminationem, & ratio est manifesta, quia connexio, & vni est vt sunt extrema ambo, cum non solum vnius, sed duorum connexio sit, sed solum vnum est necessarium, & indefectibile, alterum vero destruitur: ergo connexio non potest esse necessaria, quod late probatum manet in Logica vtrum obiectum

R. P. Ideph. de Penafiel, Theol. Schol. Tom. I.

formale illius sit ens rationis: ergo existentia exercita, quæ defectibilis est non potest esse extremum capax connexionis necessaria, quia est defectibilis, & destruitur, licet illi succedat possibilitas logica, sed etiam destruitur possibilitas logica: ergo licet illi succedat actualitas existentia, & hæc alternatio sit perpetua, nec illa, nec ista poterunt esse extrema capacia connexionis necessaria, quia non est maior ratio vnius, quam alterius, v.g. si Deus creasset Angelum ab æterno sine intellectu, nec illa negatio intellectus, seu privatio, nec intellectus posset terminare connexionem necessariam in Deo, licet ambo non possent deficere æternaliter, & semper ab Angelo, hoc est alternatio vtriusque, quia si destruitur privatio intellectus, necessario subrogatur intellectus, & deficiente intellectu subrogatur privatio illius, & ratio est, quia vnumquodque non est indefectibile, sed iam hoc, iam illud deficit, & corrumpitur, & connexio vt connexio non sit ad hoc vel ad illud, sed ad illud necessario sicut possibile, quod æquale cum Deo est, & sic vocatur illa connexio necessaria non est tatum propter Deum, quia etiam connexio, seu terminatio ad creaturas existentes, si ex parte Dei solum esset, absolute diceretur necessaria, & tamen non dicitur, quia vtrumque extremum non est indefectibile, sed etiam possibile quod est alterum extremum illius connexionis omnipotentia non est indefectibile, & indefectibile, licet sit indefectibilis alternatio possibilitatis, & existentia non erit connexio necessaria, quia illa connexio non est ad alternationem, sed ad possibile, quod est obiectum, alternatio enim non est obiectum omnipotentia.

Nec obstat dicere quod vnum contradictorium 92 subrogatur loco alterius ad agendum vicem alterius, & ad hoc vt perseveret connexio necessaria, & terminatio cum hoc contradictorium terminet loco alterius illam connexionem.

Contra, quia vnum contradictorium non potest 93 subrogari ad gerendam vicem alterius in terminatione obiectiva alicuius connexionis, quia ad hoc vt vnum suppleat pro alio aliquid minus, necessario requiritur inter vtrumque aliqua convenientia & familiaritas, vt videre est in moralibus, inimicus enim numquam subrogatur loco alicuius ad supplendas vices illius, & nihilominus sapissime contingit hoc inter amicos, & metaphysice, quis dicet ad connexionem, quæ datur in impossibili respectu non existentia posse subrogari existentiam, ita vt sicut connexio impossibilis cum non existentia sit convenientis cum conveniente, & inter ea quæ non repugnant inter se loco illius poneretur existentia vt terminaret non repugnantiam impossibilis, & convenientiam illius, ex illo enim sequeretur impossibile esse possibile, quia tunc impossibile conveniret cum existentia, & non repugneret illi; vnde esset impossibile, & ratio à priori iam dicta, nimirum, quia contradictorium v.g. negativum est maxime adversarium, & destructivum alterius, & non esse illius formaliter, quia de causa villo modo non potest supplere vices alterius, quia sicut contradictorium destruit alterum, imo non potest non destruere omnia, quæ facit aliud, & omnia munera alterius, & sic impossibile est quod suppleat, & subrogetur loco illius, v.g. ad hoc vt Deus producat ex nihilo tanquam causa principalis, requiritur necessario in Deo existentia infinita, &

l i i inde

independens, quis enim amens posset dicere ad supplendam creationem ex nihilo, ut causam principalem posse subrogari contradictorium Dei quod est purum nihil, ita ut purum nihil possit ut causa principalis producere ex nihilo Angelum, in quo contradicitur illi principio, quod nihil est, nihil potest facere; item sequeretur quod iam Deus esset necessarius, & non necessarius: clarius & efficacius exemplum, amor Dei cum sua rectitudine formali est motivum divinæ voluntatis, & amoris, & terminat connexionem divini amoris, & terminationem illius: ergo posset subrogari loco huius terminantis, & connexi privatio rectitudinis amoris; unde peccatum posset formaliter amari à Deo, amari enim terminaret divinum amorem est, & quod terminat, sive loco alterius, sive loco sui amatur: sed manifesta hæretis est Deum posse amare culpam, & peccatum læthale formaliter: ergo in illa connexionem non potest subrogari contradictorium actus virtuosus: ergo falsum est dicere unum contradictorium posse subrogari loco alterius.

94 Ultimo confirmatur, quia vni vnum solum contradictorium debet assignari: sed existentia actualis si assignatur illi ut contradictorium, possibilitas necessario habebit duo contradictoria: ergo possibilitas non est contradictorium existentia. Maior est manifesta & evidens, quia sicut illud principium univiale; impossibile est idem simul esse, & non esse, non componitur nisi ex duplici tantum termino vnum negativum, & alterum positivum, quæ sunt contradictoria, immediata, & inter se adæquata, ita ut vni ut sic solum conveniat ut contradictorium negatio entis ut sic cum tota sua latitudine, ita aliquod particulare contradictorium adæquate opponitur tantum alteri contradictorio neganti adæquate illud positivum, v.g. homo, non homo; Petrus, non Petrus; album, non album. Minor sic probatur, impossibilitas opponitur existentia: sed non opponitur positivo: ergo nec relative, nec proprie contrarie: ergo solum refert ut negative positivo opponatur, id est, tanquam negatio, & positivum negatum, & tanquam repugnantia existentia, & existere, & non repugnanti existere, impossibile enim repugnat existere, & si existens repugnaret existere, quomodo existeret: sed repugnare, & non repugnare existere est oppositio contradictoria: ergo, &c.

95 Ultimo principaliter probatur, quia scientia simplicis intelligentiæ est necessaria simpliciter omni genere necessitatis, non solum quoad esse (quia in hoc etiam scientia visionis etiam est indefectibilis, quoad entitatem ex eo quod sit ipse Deus, qui non potest non esse) sed etiam quoad terminationem ad suum obiectum, ut distinguitur à scientia visionis, quæ licet quoad esse, & quoad entitatem sit necessaria, nihilominus quoad terminationem ad obiectum, & quoad obiectum ipsum non est necessaria: sed potius libera vocatur, quia obiectum illius est liberum, & potest esse & non esse; unde destructo obiecto, destruitur terminatio scientiæ ad ipsum, id est iam non terminatur scientia ad illud, quia ipsum iam non est: contra vero scientia simplicis intelligentiæ quoad terminationem, & quoad obiectum est omnino necessaria, & non potest desinere esse, & ideo quia est tam necessaria in sententia omnium Theologorum, asserunt adversarij, cum quibus pugnamus, esse proportionatam scientiam, ut per

illam possit produci Verbum divinum, cuius productio omnino necessaria est, & proinde requirit scientiam omnino necessariam, & omni ex parte indefectibilem, propter quam rationem asserunt contrarij ipsi, scientiam visionis esse improporcionatam productioni ipsius Verbi divini; unde dicunt scientiam visionis de obiectis existentibus, & absolute futuris non posse esse productionem Filij Dei, quia futura, & existentia absolute possunt esse, & non esse simpliciter, licet ex suppositione possint non esse; unde absolute potuerunt non esse, quia potuit Deus velle ut non fuissent; unde potuit scientia visionis de his obiectis non esse, & sic asserunt quidem optimo, hanc scientiam, ut distinguitur à scientia simplicis intelligentiæ, non habere eam proportionem necessitatis cum productione Verbi divini, quæ requiritur respectu talis productionis; nam productio Verbi divini sed Verbum productum ita necessarium est simpliciter in esse producti, ut nullo modo potuerit non esse productum à Patre: ergo productio ipsa ita debet esse necessaria simpliciter ut nullo modo potuerit non esse: sed productio Verbi divini est scientia de obiectis creatis in sententia horum: ergo talis debet esse, ut non potuerit non esse; sed scientia visionis ut distinguitur à scientia simplicis intelligentiæ, quatenus scientia de his obiectis existentibus, & futuris absolute est, potuit non esse, & ideo libera dicitur: ergo hæc scientia non est productio formalissima Verbi divini: ergo solum scientia simplicis intelligentiæ est per quam formalissime producitur Verbum divinum, quia in necessitate sola hæc est proportionata cum productione ipsius Verbi, ex eo quod adeo necessaria sit, ut nullo modo potuerit non esse; sed hæc differentia in necessitate non potest esse inter ipsas scientias quoad esse, & quoad entitatem illarum, quia utraque quoad entitatem est omnino necessaria: ergo solum differentia necessitatis est in terminatione ad obiecta, & in obiectis ipsis, quod adeo certum est, ut nullus reperiatur Theologus, qui hoc negotium in dubium possit revocare: itaque omnes unanimi consensu asserunt scientiam simplicis intelligentiæ, cuius obiectum est possibile esse omnino necessariam, & indefectibilem, tam ex parte suæ entitatis, quam ex parte obiecti, & terminationis ad illud in quo dicunt, distinguui hanc scientiam à scientia libera ut posuit quoad adeo certum iudico, ut oppositum temerarium sit.

Tunc sic, si vestra opinio de possibilitate esset vera, nullo modo scientia simplicis intelligentiæ, ut distinguitur à scientia visionis, & libera, esset omnino necessaria quoad terminationem, & quoad obiecta: sed hoc est falsissimum: ergo falsissima est vestra sententia. Maior sic probatur, quia per vos obiectum huius scientiæ, quod est possibile, non est omnino necessarium, sed potius adveniente existentia, destruitur, ac definit esse; atque eo modo est scientia, & terminatio ad obiectum, quo est ipsum obiectum: ergo si obiectum scientiæ simplicis intelligentiæ, quod est possibile non est omnino necessarium, sed potius definit esse, & destruitur per adventum existentia: ergo ipsa scientia simplicis intelligentiæ quoad terminationem non erit simpliciter necessaria, sed desinet esse. Maior est vestra sententia

Quæst. I. Quid sit possibile formaliter. 435

tia, quia cum doceatis, possibile esse contradictorium existentia, dicitis, adveniente existentia desinere esse; nam termini contradictorii ita opponuntur, ut adveniente uno, necessario destruitur & alter, quia duo contradictoria non possunt esse simul; sed id, quod de facto destruitur, non est simpliciter necessarium primo genere necessitatis, ita ut implicet non esse: ergo possibile, quod de facto destruitur, non est simpliciter necessarium eo modo, quo diximus: v. g. ideo equus non est omnino necessarius, quia destruitur, adveniente contradictorio illius, quod adeo verum est, ut cælum, Angelus, & anima rationalis non habeant simpliciter, & absolute necessitatem ad essendum, de qua loquimur, etiam si de facto non destruantur, nec destruantur, quia solum possunt destrui divinitus, adveniente contradictorio illorum; & contra vero ideo Verbum divinum est omnino, ac simpliciter necessarium, quia nullo modo potest advenire contradictorium illius, per cuius adventum destruitur; sed per vos possibile adveniente contradictorio illius de facto destruitur: ergo de facto non est necessarium simpliciter eo modo, quo requiritur ad hoc, ut scientia simplicis intelligentiæ dicatur simpliciter necessaria quatenus distinguitur à scientia visionis. Minor illa prima sic demonstratur.

47 Quia licet scientia divina quoad terminationem non specificetur ab obiecto, nihilominus connectitur cum illo ut desinente illo, desinat scientia; ut videre est in scientia visionis, quæ ideo desinit esse quoad terminationem, quia obiectum illius desinit esse. Exemplo etiam declaratur in omnipotentia, quæ ex eo quod in sententia adversariorum, qui in hoc sequuntur Patrem Suarez connectatur cum creaturis possibilibus, licet non dependeat, nec specificetur ab illis, habet eandem necessitatem, ac obiectum in essendo, quare si per impossibile desineret esse possibile, desineret etiam ipsa omnipotentia, non solum quoad terminationem, seu respectum ad possibilia (quia hoc est certum in omni schola) sed etiam quoad ipsam entitatem omnipotentia, nam destructis creaturis possibilibus, asserunt hi auctores cum P. Suarez destruendam esse omnipotentiam quoad entitatem, ac proinde in illo casu impossibili destruendum fore Deum; sed non minus connectitur in vestra sententia scientia simplicis intelligentiæ cum possibili, quam omnipotentia cum eodem: ergo destructo possibili dicendum est omnino destrui scientiam illam, non solum quoad terminationem, & respectum quoad illud obiectum: sed etiam quoad entitatem à paritate rationis, cum non detur maior ratio unius, quam alterius: ergo scientia se habet eodem modo, quoad necessitatem saltem in terminatione, ac se habet obiectum.

48 Ratio autem à priori huius est, quia scientia non potest esse sine obiecto, ex eo quod sit viva representatio illius, representatio enim ex eo quod alicuius representatio sit, necessario petit id quod representet, sine quo nec esse, nec intelligi potest talis representatio, ideo enim scientia intuitiva Dei existentia exercitæ non est dum destruitur existentia, licet non desinat esse quoad intrinsecam entitatem scientiæ, quia tantum desinit quoad obiectum, & terminationem ad illud. & nihilominus est simpliciter, & absolute independentes; sed obiectum scientiæ simplicis intelligentiæ quatenus distinguitur ab obiecto scientiæ visionis, quod est possibile, destruitur, & non est, adveniente existentia, quæ est obiectum scientiæ visionis, & libera; ergo scientia simplicis intelligentiæ non est quoad terminationem, & obiectum, licet sit independentes, ac per consequens ut distinguitur à scientia visionis, & libera; non erit simpliciter necessaria ut à Theologis ponitur; sed potius erit omnino æqualis in necessitate cum scientia visionis; nam sicut scientia simplicis intelligentiæ in entitate est Deus, ita etiam scientia visionis, & sicut illa est independentes ab obiecto, etiam hæc: atqui per vos etiam obiectum scientiæ simplicis intelligentiæ desinit esse sicut obiectum scientiæ visionis: ergo in omnibus erit æqualis in necessitate scientia visionis cum scientia simplicis intelligentiæ: atqui scientia visionis nullo modo dicitur à Theologis simpliciter necessaria omnino, quia deficit illi solum necessitas opposita desitioni quoad terminationem, & obiectum: ergo similiter, licet scientia simplicis intelligentiæ quoad entitatem, & independentiam sit omnino necessaria, nihilominus non vocabitur necessaria simpliciter, & absolute quia deficit illi necessitas quoad terminationem, & obiectum; imo vocabitur simpliciter contingens, & libera, sicut scientia visionis, quod periculosum est in fide; nam in materia tam gravi nullo modo recedendum est à communi sensu Theologorum; quia singulare iudicium contra omnes Theologos temerarium vocatur, temeritatisque qualitatem incurrit, ut patet ex dictis in Physicis, & in Logica, ubi data opera explicatum est, Quid sit temeritas, præcipue tractatu de toto.

Respondent adversarij scientiam simplicis intelligentiæ dici necessariam, quia loco illius succedit scientia visionis.

Sed contra manifeste, quia potius hæc est exclusio, quam solutio, quia non sufficit huiusmodi successio scientiæ visionis loco scientiæ simplicis intelligentiæ, ad hoc ut scientia simplicis intelligentiæ dicatur omnino, ac simpliciter necessaria eo modo quo à Theologis dicitur, & appellatur, nam etiam quando desinit scientia visionis loco illius succedit scientia simplicis intelligentiæ, & quando desinit scientia existentia exercitæ positive, succedit scientia actualis negationis exercitæ illius, quia sicut Deus est infinite cognoscitivus, non potest non cognoscere existentiam exercitam actualem; ita similiter dum destruitur existentia exercitæ, non potest non cognoscere negationem actualem exercitam illius, & nihilominus scientia visionis cui succedit scientia simplicis intelligentiæ, non est necessaria simpliciter: sed libera, & contingens ex eo quod desinit esse quoad terminationem obiecti, & quia terminatur ad quoddam obiectum quod destruitur ad positionem sui contradictorii; ergo à paritate rationis, licet loco scientiæ simplicis intelligentiæ succedat scientia visionis, & hæc alternatio sit perpetua, & necessaria, cum tamen ipsa scientia simplicis intelligentiæ, ut distinguitur à scientia visionis, quæ illi succedit, desinat quoad terminationem, quia terminatur ad quoddam obiectum, quod absolute destruitur per adventum sui contradictorii, talis scientia simplicis intelligentiæ non erit simpliciter necessaria, sicut nec est simpliciter necessaria scientia visionis propter eandem rationem; & ratio manifesta à priori est, quia denominatio necessarij simpliciter in uno non debet colligi nec sumi ex eo, quod destruetur illo,

illo, vel desinente ipso succedat alterum, alias tenebrae essent necessariae simpliciter, quia destructis illis succedit lux, & lux etiam esset necessaria, quia destructa illa succedunt tenebrae: Item homo esset necessarius, quia destructo homine, necessario sequitur negatio illius, ex eo quod negatio hominis, & homo opponantur immediate, quare impossibile est, ut destructo homine non sequatur negatio hominis, & in hoc sensu explicatur à D. Thoma axioma illud evidentissimum metaphysicum, quodlibet vel est, vel non est, quia necesse est ut verificetur vnum ex duobus contradictorijs; imo nihil esset nisi necessarium simpliciter, quia destructioni vnius succedit alterum minimum negativum, & nihilominus nullus visquam ausus est dicere, hominem, & non hominem, lucem, & tenebras esse omnino necessaria, ex eo quod homini destructo succedat non homo; necessitas enim vniuersalisque simpliciter potius ab indefectibilitate, & indestructibilitate propria debet desumi, quia quod alterum succedat ipsi destructo non tollit destructionem ipsius, nec facit quod destructio non sit posita in actu, quia ad praeteritum non datur potentia; sed potius indicat vere esse destructionem: ergo non tollit destructibilitatem ipsius: sed potius indicat destructibilitatem illius, & supponit ipsum esse destructibile vere, & proprie; sed quod est destructibile non est necessarium simpliciter; sed potius est contingens, ut ex terminis patet, quia potest esse, dum non destruitur, & potest non esse dum destruitur: ergo scientia illa simplicis intelligentiae, quae quoad terminationem, & obiectum potest definire esse non est dicenda necessaria simpliciter, quia illi succedit scientia visionis.

¹⁰⁰ Dices, non ideo praecise scientiam simplicis intelligentiae esse necessariam simpliciter, quia illi succedit scientia visionis; sed potius quia destructo primo possibile negativo succedit alterum positivum possibile, quod est obiectum eiusdem scientiae simplicis intelligentis.

Sed contra, quia ex hac solutione solum sequitur loco vnius scientiae simplicis intelligentiae succedere aliam scientiam simplicis intelligentiae; non autem tollit primam scientiam non desinere esse patet manifeste, quia destructo obiecto alicuius scientiae, desinit esse terminatio scientiae ad ipsum, quia desinit actu representari tale obiectum per illam scientiam; nam si talis scientia representaret illud obiectum eo modo, quo antea representabat, exprimendo tale obiectum actu esse, sine dubio illa scientia esset falsa, quia representaret obiectum aliter ac est, scilicet actu esse illud possibile, quod iam non est ex eo quod destructum sit, v.g. scientia visionis quae terminabatur ad existentiam Petri viventis, destructo Petro, non terminatur ad ipsum, ut antea terminabatur, quia esset falsa illa scientia; sed potius illa scientia iam desinit esse, & iam non terminatur ad existentiam Petri, quia existentia illa Petri, quae est obiectum talis scientiae iam non est, quia destructa est: sed etiam per vos, adveniente existentia, desinit esse illud possibile primum negativum, quod antea dabatur, ac non est: ergo terminatio scientiae simplicis intelligentiae ad ipsum iam non est: sed desinit esse, quia desinente obiecto, necessario debet desinere terminatio ad ipsum, ut patet ex exemplis supra adductis: ergo scientia simplicis intelligentiae, quae terminabatur ad illud possibile primum negativum, quod

iam non est, ex eo quod adveniente existentia destructum est, desinit esse quoad terminationem ad ipsum: ergo scientia simplicis intelligentiae potest esse, & non esse: ergo contingens, & libera est, sicut scientia visionis saltem quoad terminationem: ergo quoad terminationem saltem non est simpliciter necessaria; patet consequentia, quia illud primum possibile negativum, ad quod terminatur scientia simplicis intelligentiae vere destruitur per vos: ergo antequam destrueretur potest destrui, quia omnis actus secundus praesupponit potentiam ad illum; unde quia Petrus moritur, antequam moriatur, potest mori, imo si antequam moreretur, non posset mori, nullo modo moreretur: ergo possibile illud primum negativum, quod proprie, & vere destruitur, potuit destrui antequam destrueretur, erat: ergo ex se tale possibile potest esse, & non esse: ergo tale possibile est contingens, & non est simpliciter necessarium necessitate, de qua loquimur hic: sed eo modo est quoad terminationem ad aliquod obiectum scientia, quo ipsum obiectum est quoad necessitatem: ergo scientia simplicis intelligentiae, quae terminatur ad illud possibile primum negativum, quod est contingens, & non simpliciter necessarium erit etiam contingens, & non simpliciter necessaria; sicut per vos si Leo possibilis non esset possibilis, aut esset contingens, & non necessarius in esse possibilis, etiam omnipotentia quatenus terminaretur ad illum non esset simpliciter necessaria, sed contingens, quia scientia, vel potentia habet proportionem in necessitate, & contingentia cum obiecto, tunc sic.

¹⁰¹ Ex eo quod illi primo possibili postquam destruitur succedit alterum possibile positivum, non desinit primum positivum destrui, imo quia vere destruitur, illi succedit alterum: ergo ex eo quod illi succedat alterum non desinit esse contingens; sicut quia Patri mortuo succedat filius, non ideo patet desinit esse contingens, quia contingens ex propria definitione est illud, quod erat, & poterat non esse, ac tandem destruebatur, ut contingit in possibili illo negativo: sed quod est contingens, non est necessarium simpliciter: ergo primum illud possibile negativum non est necessarium simpliciter ex eo quod illi destructo succedat alterum positivum; imo quia illi destructo succedit alterum, illud cui succedit alterum, non est simpliciter necessarium, quia si tale esset, nullo modo destrueretur, ac per consequens illi destructo non succederet alterum, quia succedere ita illi, supponit esse destructum illud; sed id quod est simpliciter necessarium, neque destruitur nec potest destrui: ergo implicat ex ipsis terminis aliquid esse necessarium simpliciter ex eo quod illi destructo succedat alterum.

¹⁰² Sed eo modo est, ut iam saepe dixi quoad necessitatem, & contingentiam terminationis scientiae, quo est obiectum ad quod terminatur scientia: ergo scientia simplicis intelligentiae, quae terminatur ad illud primum possibile obiectum negativum, erit etiam contingens, & non necessaria simpliciter ex eo quod tale obiectum non est simpliciter necessarium, etiam si illi succedat alterum obiectum; unde haec alternatio successiva possibilium facta ab ipsis adversarijs nihil protegit ipsos.

¹⁰³ Deinde, quia scientia, quae succedit scientiae terminatae ad possibile non est scientia simplicis intelligentiae:

Quaest. I. Quid sit possibile formaliter. 437

telligentia: sed visionis quia scientia illa, quæ succedit terminatur ad existentiam de novo productam; sed scientia visionis, & non scientia simplicis intelligentiæ terminatur ad existentiam; ergo illa est scientia visionis: ergo scientia prima simplicis intelligentiæ, ut simplicis intelligentiæ absolute definit esse, & non extenditur ad hoc secundum obiectum quoad terminationem simplicis intelligentiæ; etiam extendatur quoad entitatem ipsius scientiæ. Explicatur exemplo animæ rationalis, quæ quando est in corpore humano unita aliquibus partibus, & acquiritur alia pars de novo, licet extendatur quoad entitatem ad illam partem de novo acquisitam; nihilominus non extenditur quoad unionem, per quam erat unita partibus antea existentibus, quia unio ad illas partes est determinata ad illas, quia est ultima actualitas ad ipsas; unde illa unio nullo modo potest extendi ad alias partes, sicut potest extendi, & extenditur entitas animæ rationalis ad illas, quia ipsa nec est actualitas nec actualis unio ad illas, sicut est unio ipsius animæ; unde absque una parte corporis, destruitur unio animæ rationalis ad illam, licet non destruat entitas animæ rationalis, ita similiter licet eadem entitas scientiæ simplicis intelligentiæ, quæ terminabatur ad obiectum primum possibile negativum, quod destruitur, extendatur ad obiectum quod illi destructo succedit, scilicet ad existentiam, nihilominus non extenditur sub ratione scientiæ simplicis intelligentiæ: sed potius sub ratione scientiæ visionis, quia terminatio ad primum obiectum, quia est determinata repræsentatio illius, non extenditur ad hoc obiectum; unde talis terminatio definit esse cum obiecto proprio destructo, quare ad obiectum de novo productum per aliam terminationem extenditur: ergo scientia simplicis intelligentiæ sub ratione talis scientiæ, & sub ratione terminationis ad obiectum possibile quod destructum est, definit esse, & loco illius succedit scientia visionis: ergo scientia illa prima simplicis intelligentiæ sub tali denominatione, & ratione formali, non est simpliciter necessaria, ex eo quod succedat alia scientia, quæ visionis dicitur terminata ad existentiam; siquidem illud est simpliciter necessarium quod nullo modo potest in se desinere esse, & illud est contingens, quod ita est ut possit desinere esse, & cui destructo potest succedere alterum: sed scientia illa potest desinere secundum propriam terminationem ad proprium obiectum, scilicet possibile negativum, quia ipsum possibile potest desinere esse, & de facto definit esse: ergo talis scientia sicut tale obiectum sunt contingencia in se, licet illis succedant alia, quia quod alia succedant loco illorum non tollit in ipsis destructibilitatem propriam a qua contingencia debent dici, neque eis tribuunt indefectibilitatem per quam deberent nominari simpliciter necessaria.

104 Confirmatur, & suppono scientiam, quæ succedit primæ esse scientiam simplicis intelligentiæ, nihilominus prima scientia quæ terminatur ad possibile negativum, iam non est quoad talem terminationem, quia terminatio scientiæ connectitur necessario cum proprio obiecto; sed primum obiectum primæ scientiæ definit esse per adventum secundæ obiecti: ergo prima scientia quoad primam terminationem definit esse: sed prima scientia quoad terminationem ad primum

obiectum est simplicis intelligentiæ; ergo scientia simplicis intelligentiæ definit esse: ergo contingens est, & non simpliciter necessaria, etiam si scientia alia simplicis intelligentiæ succedat illi, v. g. si per impossibile in vestra sententia desinere esse idæa leonis, ex eo quod leo per impossibile redderetur impossibilis; sine dubio illa idæa esset contingens, & non esset simpliciter necessaria, etiam si illis succederet alia idæa de novo alterius rei, quæ antea erat impossibilis, & nunc de novo per impossibile redderetur possibilis, quia contingens vel necessarium non dicuntur talia ex eo quod illis succedat alia vel non, quia talis successio est valde extrinseca, & per accidens ad rationem contingentiam vel necessitatis, quia hæc sumitur à propria intrinseca indefectibilitate, & non ab extrinseco succedente, sicut illa sumitur à propria defectibilitate, & non ab alijs quæ intrinsece hoc sunt in rebus contingentibus, &c.

Item secunda scientia simplicis intelligentiæ quæ terminatur ad existentiam de novo productam, quam falso dicitis esse positivum, possibile etiam definit esse quoad terminationem ad existentiam, quia definit ipsa existentia cui necessario connectitur talis terminatio: ergo non solum prima scientia simplicis intelligentiæ: sed etiam hæc secunda scientia, quæ succedit alteri est contingens: ergo nulla scientia datur in Deo respectu creaturarum sive possibile sive actualium, quæ sit simpliciter necessaria: sed potius omnis scientia est contingens; quod est falsissimum.

Ultimo vergetur, quia in vnaquaque re non datur nisi unica possibilitas: ergo falsum est dicere quod datur vna possibilitas negativa, & altera positiva. Consequentia est evidens supposito antecedenti, quia vna possibilitas negativa, & altera positiva; ita separantur realiter, ut vna adveniente desinat alia, ratione cuius non sunt eadem: sed distinctæ possibiliter, ac proinde minimum in vestra sententia possibilitas est duplex: sed in vnaquaque re sola datur vna possibilitas: ergo chimericum est dicere vnam dari in vnaquaque re possibilitatem negativam, & alteram positivam.

Antecedens sic demonstratur, quia unico actui logico, vna solum potentia logica obiectiva correspondet, & non duplex: sed in vnaquaque re datur vnus actus logicus: ergo in vnaquaque re datur vnica potentia obiectiva logica: sed potentia obiectiva logica correspondens actui logico obiectivo est possibilitas, & actus logicus est existentia quæ tantum est vna in vnaquaque re in sententia omnium; nam ridiculum esset dicere in Petro, v. g. dari duplicem existentiam, & ratio est manifesta, quia existentia Petri non distinguitur à parte rei ab ipso Petro, & ab ipsa entitate Petri: sed Petrus non est duplex, sed vnus; neque habet duplicem entitatem, sed vnam: ergo non habet duplicem existentiam, sed vnam: ac proinde in vnaquaque re datur vnus actus entitativus logicus obiectivus: ergo in vnica re datur vnica possibilitas correspondens tali actui ut potentia, seu capacitas obiectiva logica, potentia enim illa seu possibilitas proportionem habet in unitate numerica cum sua existentia, quare sicut impossibile est quod vna sola res sit plures, & habeat plura esse, & plures existentias, ita etiam impossibile est ut vna res habeat plures possibilitates.

Declaratur hoc, impossibile est ut in eadem luce, & in eodem numero colore imbuto eadem luce detur duplex visibilitas: sed solum datur vnica, etiam si dentur plures visiones terminatae ad ipsam, quia vni visibili vna visibilitas seu capacitas, ut videatur, sufficit ad plures visiones, & ratio est à priori, quia visibilitas sequitur tanquam proprietas ipsam entitatem coloris, imbutam luce: ergo sicut datur vnus color, & vna lux in vno visibili, ita datur vnica visibilitas: sed ita se habet respectu rei possibili visibilitas, sicut se habet respectu rei visibilis visibilitas: ergo sicut vna res habet vnā visibilitatem, ita vna resexistens, aut possibilis habet vnā possibilitatem, præcipue quia possibilitas est ratio formalis sub qua omnipotentia ut producat existentiam vnus rei, & communicet vni rei possibili vnā existentiam seu vnum esse simpliciter: ergo in vnica re possibili accipiente vnā existentiam ab vna omnipotentia, debet dari sola vna possibilitas.

108 Patet hæc consequentia manifeste, quia omnia ea à quibus specificatur, & quæ essentialiter respicit, non habent dualitatem, sed potius vnicitatem numericam: ergo possibilitas quæ essentialiter ordinatur ad illa, non est duplex, sed vnica, neque habet dualitatem; sed potius vnicitatem numericam: antecedens est certum, nam possibilitas rei duo respicit solum omnipotentiam Dei & existentiam rei: sed omnipotentia est vnica, & non plures, & existentia vnus rei est vnica, & non plures: ergo ipsa possibilitas est vnica, & non plures. Declaratur amplius, ideo existentia Petri est vnica, & non plures, quia omnipotentia quam respicit tanquam propriam causam, est vnica, & non plures, & Petrus quem constituit est vnicus, & non plures: sed etiam omnipotentia quam respicit possibilitas est vnica, & existentia Petri quam respicit est vnica etiam, & non plures: ergo ipsa possibilitas Petri est vnica, & non plures.

Vltimo sic vrgetur, quia licet pluribus actibus sufficiat vnica potentia, v. g. vnica materia prima ad plures formas, vnicus intellectus ad plures intellectiones, vnica voluntas ad plures volitiones, nihilominus vnico actui non correspondent plures potentia intrinsece, ut vni intellectioni non correspondent plures intellectus, quia sufficit vnicus; frustra enim fiunt per plura quæ possunt fieri per pauciora: sed existentia Petri, quæ est actus possibilitatis Petri, est vnica, & non plures: ergo possibilitas Petri, quæ ut potentia, & ut capacitas propria, & non communis alijs indiuiduis, correspondet tali existentia, erit vnica, & non plures; ac proinde fictitium, & chimericum est dicere in vnaquaque re dari puplicem possibilitatem, vnā positivam, & alteram negativam, quæ succedat vna alteri destructæ.

SVBSECTIO X.

Vltimum argumentum principale ponitur?

109 **Q**uia si possibile definit esse per adventum existentia: ergo iam non est possibile: ergo est impossibile. Patet consequentia, quia negatio quæ non est possibilis, nec potest iterum redire impossibilis est, sicut illud animal quod non est rationale, necessatio irrationale est, & non solum infinitanter non rationale; sed illa negatio cum

destruitur non est possibilis: ergo est impossibile, quod autem non sit possibilis, patet manifeste, quia id quod erat, & definit esse iam non est quod erat quando definit esse, quia amittit illud esse quod habebat antequam destrueretur, v. g. Petrus qui antea erat talis quando destruitur, iam non est Petrus sicut antea: sed illud possibile negativum quod antea erat possibile, adveniente existentia definit esse possibile: ergo iam post destructionem non est possibile, ac proinde erit impossibile, quia non potest redire iterum, quod est summum absurdum; alias iam existentia excreta creatura esset necessaria, & indestructibilis etiam à Deo per potentiam absolutam, quod est summum absurdum contra fidem; ac proinde viro Catholico omnino fugiendum. Sequela sic probatur, quia quando vnum contradictorium est impossibile, alterum contradictorium est necessarium, & omnino indestructibile, quia non destruitur vnum contradictorium, nisi per adventum alterius; quare si adventus alterius est impossibilis, contradictorium illud est indestructibile; ac proinde necessario existit, ideo enim existentia Dei est necessaria, quia contradictorium eius est impossibile, & ideo negatio existentia in chimera est necessaria omnino; ac proinde omnino indestructibilis adhuc divinitus, quia existentia eius est impossibilis. Maior illa præcipua evidens est: nihil enim est impossibile, v. g. nisi quod non potest iterum redire, & produci, v. g. in sententia Thomistarum, motus successivus destructus est impossibilis, quia non est, & non potest iterum redire, ideo enim chimera etiam est impossibilis, quia non habet esse nec potest habere illud: sed illa possibilitas dum destruitur non habet esse possibile: ergo dum non habet esse possibile non potest produci, nec est possibile redire, ac proinde erit impossibile: ergo ex suppositione quod possibilitas destructa est omnino impossibilis est, quia omnino redire non potest iterum.

Dices falsum esse quod illud quod destruitur non possit redire, & ideo sit impossibile.

Sed contra Primo, quia illud quod non est possibile non potest redire, quia quod non est possibile non potest habere esse: sed quod non potest habere esse, non potest redire iterum: ergo illud possibile quod ex eo quod destruitur iam non est possibile, ex eo quod destruitur iam non potest redire; sicut in sententia Thomistarum, quando motus destruitur, quia ex eo quod destruitur non est possibile, ex eo quod destruitur iam non potest redire, & ratione destructionis, iam est impossibile.

Secundo contra, quia illud quod potest redire, & produci debet habere possibilitatem, ratione cuius possit redire; sed illud possibile destructum non habet possibilitatem: ergo potest, dum destruitur non potest redire, maior est evidens, quia omne quod est debet habere rationem formalem essendi, v. g. paries ad hoc ut possit videri, & intelligi, debet habere visibilitatem, & intelligibilitatem: sed possibilitas, & ratio formalis habendi esse illud quod non habet esse: ergo omne quod potest habere esse, & potest redire debet habere rationem formalem possibilitatis, v. g. si album actualiter destruitur, & non est, & cæcitas actualis, si actualiter destruitur, possunt iterum redire, & esse, quia habent possibilitatem suæ actualitatis: & contra, ideo chimæra non potest produci

duci, & esse, quia non habet rationem formalem possibilitatis; nam si illam haberet, omnipotentia Dei posset ei dare esse, & existere; ergo illud quod non habet possibilitatem, non potest iterum redire: sed possibilitas dum destruitur non habet possibilitatem, quia nec habet seipsam, nec habet aliam possibilitatem, non habet seipsam, quia destructa est in illa possibilitate; sed album dum destruitur in esse albi non habet illam albedinem, & existentia dum destruitur non habet esse existentiae, in qua destructa est; ergo similiter possibilitas dum destruitur non habet esse possibilitatis, & etiam, quia si est possibilitas, dum destruitur, possibilitas erit simul cum suo contradictorio, quia contradictorium possibilitatis est dum destruitur possibilitas, nec habet aliam possibilitatem, quia una possibilitas non habet aliam ex eo quod ad unam rationem formalem non datur alia, sicut ad visibilitatem non datur alia visibilitas, & ad actionem & unionem non datur alia actio & unio, alias procederet in infinitum in possibilitatibus; & ratio evidens à priori est, quia possibilitas est primum esse seu prima radix, & primum fundamentum ac totale principium totius esse; sed ad primam radicem, & primum principium ac primum esse non datur aliud esse aliud principium, sicut ad primum fundamentum non datur aliud fundamentum, seu alia radix à qua accipiat esse tale primum esse, quia iam illud esset primum, & non esset primum esse; unde destructo primo esse, & prima radice essendi, nec prima radix nec primum esse iterum possunt habere esse, quia non datur aliud, ratione cuius pullulet, & iterum reviviscat illa prima radix, & primum esse destructum.

113) Exemplis illustratur clarissimis, si per impossibile Deus nunc destrueretur, nunquam posset habere esse, quia ex eo quod est primum esse, & prima radix non habet aliud esse nec supponitur aliud esse, in virtute cuius Deus destructus haberet iterum esse de novo; nam cum Deus ex eo quod sit primum esse non sit ab alio sed à se, non potest iterum habere esse si semel destruat in suo esse; nam si ab aliquo haberet esse, vel esset à se vel ab alio; non à se quia ipse non est ex eo quod destructus sit, ac proinde non habet esse, & cum nemo det quod non habet, ipsum sibi non poterit dare esse, quod non habet.

114) Nec ab alio, quia primum esse seu primum principium ex eo quod independens ab omni alio sit, non potest ab alio accipere esse, alias esset ab alio, & non ab alio; esset primum, & non primum esse; dependeret, & non dependeret ab alio, quæ omnia sunt absurda immediate opposita evidentissimo illo principio, impossibile est idem simul esse, & non esse: ergo quod est prima radix essendi, si semel destruat, nullo modo potest redire; ac proinde redire omnino impossibile: sed possibilitas rei seu esse possibile est prima radix, primum fundamentum, primum principium totius esse à se ipso; ergo si semel supponatur destrui manet non possibile, & impossibile, ac proinde nunquam poterit redire.

115) Clarus exemplum, si amputentur, & scindantur rami arboris, vel brachia vitis, ut in more possum esse lipis ac consoribus notum est, possunt rami iterum pullulare, imo quotidie pullulant ac gemmant vites in virtute radicis permanentis; si autem evellatur radix, & destruat ipsa arbor vel vitis, quia est primum fundamentum,

& primum principium totius esse vitis vel arboris, nec rami nec radix possunt iterum pullulare, & ratio evidens est, quia cum radix sit primum esse illius arboris seu vitis, & quatenus tale non presupponat aliud esse, quod conservetur, & permaneat destructa radice, in cuius virtute contineatur, & à quo possit iterum habere esse, ideo manifeste sequitur quod semel destructa, & evulsa radice non possit iterum radix pullulare, neque rami iterum redire, quod è contra evenit in ramis; rami autem seu brachia arboris dum amputantur, possunt iterum redire, quia presupponunt, & relinquunt radicem conservatam, & permanentem in terra, in cuius virtute conservantur, & continentur rami, ratione cuius continentia possunt iterum redire ad esse propter esse radicis, quod supponunt; radix autem nullum aliud presupponit esse cum sit primum esse à quo possit habere esse, & ideo nullo modo potest iterum enasci seu pullulare; unde semel destructa radice redditur impossibile naturaliter reviviscencia arboris; sed possibilitas in esse possibilitatis, quatenus distinguitur ab existentia est prima ratio à se ut Deus, & est prima radix omnis rationis essendi; ergo destructa semel possibilitate, non poterit iterum redire, licet existentia tam negativa quam positiva etiam si semel destruantur, quia sunt quasi rami possibilitatis possint redire in virtute possibilitatis non destructa.

SECTIO VLTIMA.

Argumenta adversaria solvuntur.

AD locum Aristotelis: probatur prima sententia, Respondetur concedendo quod Aristoteles diceret aliquam entia esse solum potentia, ut possibile in statu possibilitatis, quia non est actu ens cum sit potius negatio entitatis positivæ, quia cum actu ens constituatur per existentiam, & possibile in statu possibilitatis non habeat illam, sed potius dicat privationem existentiae, quam potest habere, & cui potest coniungi ut constituat rem; ideo non est ens actu, sed ens potentia, quia est possibile ut coniungatur cum actualitate essendi; sed non debet hoc ita intelligi, ut dum dicitur non ens actu, intelligatur esse primario negationem existentiae, sed potius ideo esse non ens actu, quia actu non habet entitatem actualem seu existentiam, per quam formaliter res in esse entis simpliciter actualis; hanc autem privationem existentiae habet possibilitas separabiliter à se ipsa, quia est cum aptitudine habendi existentiam, sicut v.g. homo dicitur non videns, non ex eo quod homo sit primario, & formaliter negatio visus, cum evidenter constet non esse negationem sed potius positivum animal rationale, vocatur autem non videns ex eo quod habeat actualiter, accidentaliter tamen, & separabiliter negationem visus per modum formæ existentis in homine, & quia forma quomodocumque sit in subiecto denominet illud, non mirum quod possibile denominetur non ens actu, non quia essentialiter primario ac formaliter sit negatio existentiae, sed quia pro statu illo separationis ab existentia habet negationem talis existentiae, quæ negatio destruitur adveniente in tempore existentia, & hæc improprie, & lato modo solet dici status possibilitatis, cum talis propriè non sit, quod

quod patet clarissime, quia v.g. status animæ rationalis non dicitur proprie ac formaliter ipsa privatio unionis, licet lato etiam modo dici soleat status separationis animæ, & tunc etiam dicitur status coniunctionis animæ quando anima est unita, & in hoc sensu nec separationis status solum per antonomasiam dicitur status animæ, nec coniunctionis status dicitur talis per antonomasiam, licet status coniunctionis proprius sit animæ rationali, cum in statu coniunctionis adipiscatur ac consequatur suum finem naturalem constituere nimirum hominem.

117 Status itaque proprius animæ rationalis, est actualis eius existentia, seu actualitas propria indistincta à parte rei ab essentia actuali ipsius animæ, ut ait Divus Thomas 1. parte quæst. 75. & prima secunda, ac tandem secundo contra Gentes: ergo similiter negatio unionis cum existentia seu privatio illius non potest dici status possibilitatis, cum potius status possibilitatis deberet dici per Antonomasiam coniunctio cum existentia, cum in eo statu perficiatur possibilitas acquiratque suam ultimam perfectionem ac finem constituendo rem creatam in suo esse.

118 Itaque status possibilitatis est propria actualitas negativa, secundum quam denominatur actu ab æterno possibilitas, & vocatur à multis existentia negativa illius, minimeque distincta à parte rei ab ipsa possibilitate, quia sicut in rebus positivis actualitas non distinguitur ab essentia positiva actuali, sic similiter in rebus negativis, ut videre est in cecitate, & tenebris, quarum existentia negativa, seu actualitas non distinguitur à parte rei ab ipsa essentia actuali cecitatis, & tenebrarum, & eodem modo contingit in vacuum supra cælum: ergo possibilitas ab æterno habet suam actualitatem à qua formaliter constituitur in esse actualis possibilitatis, & denominatur actu possibilitas ab æterno, quæ actualitas negativa in tali possibilitate non distinguitur ab ipsa possibilitate, seu essentia illius, quæ nihil aliud est nisi possibilitatem esse actualem negationem aptitudinis positive ad existendum.

119 Ad primam rationem distinguo consequens; possibile est actu non ens, id est non includit actu aliquid positive entitatis, concedo; non est ens actu, id est, est negatio formaliter intrinsece, & primario actualitatis, & positive existentie nego, v.g. cecitas actu non est ens, quia nihil positivum habet in se, nihilominus tamen primario non est negatio existentie, sed potius negatio visus; ad minorem eodem modo responderetur: ad consequentiam distinguo, est formaliter negatio entis, id est existentie vel totius latitudinis entitatis, nego; est negatio aptitudinis positive ad existendum primario, concedo; ad probationem eodem modo responderetur.

120 Ad secundam rationem concedo totum antecedens, & consequens si de esse secundum quid loquatur; conceditur item minor, & consequentia, & maior postea posita, negatur minor ut patet ex supradictis; ad probationem nego suppositum illius, quod negatio illa, videlicet quæ possibilitas est, debeat esse respectu illius, quod aut habet actu, aut potest habere: sed potius respectu illius, quod nec habet, nec potest habere, id est respectu aptitudinis positive ad existendum, semper enim negatio propria, & essentialis in aliquo subiecto est respectu illius, quod impossibile est respectu talis subiecti, vel est negatio peccati,

creaturæ, & accidentis in Deo, in quo distinguitur negatio à privatione proprie sumpta, quia privatio in subiecto arguit capacitatem, & potentiam in illo ut habeat id cuius privatione afficitur.

Ad confirmationem transeat antecedens, & concedo consequentiam, illa autem solutio sicut non est pro nobis, ita neque eius oppugnatio est contra nos, quia possibilitas in nostra sententia non est primario immediate formaliter negatio existentie.

QVÆSTIO II.

Utrum possibilitas sit quid positivum.

SECTIO I.

Sententia contraria cum suis probationibus.

PRIMA igitur sententia in hac re est, quæ asserit ens possibile esse aliquid positivum: sed in explicando hoc positivo variant illius patroni, primo igitur Pater Albertinus tom. 2. quæst. 1. asserit probabiliter affirmari posse, essentias creaturarum in statu possibilitatis non esse omnino nihil, nec habere solum esse potentiale in causa: sed ab æterno habere etiam esse in terminum positivum actuale, & absolutum quidditativum suæ essentia; atque adeo ab æterno solum fuisse negationem existentie exercita, non vero negationem essentia eo modo quo affirmant Thomistæ, quod in materia prima nunc datur tota essentia illius, datur tamen negatio existentie quam habitura est eadem materia prima sub forma equina, & per consequens eadem materia prima entitative, & formaliter secundum suam intrinsecam, & essentialia, quæ est sub una forma, manet postea sub alia; ita ut tantum mutet existentias, quæ sunt quasi status ipsius materie primæ; ita similiter asserit Albertinus quod eadem essentia entitative formaliter, & intrinsece, quæ erat sub statu possibilitatis sit postea sub statu existentie tantum permutationem statuum, qui sunt extra essentiam rei. Deinde asserit conclus. 2. hoc esse actuale essentia esse à parte rei extra intellectum divinum nullo modo causatum ab illo efficienter, quod statuit contra Scotum.

Secundo Basilius Ponze Augustinianus variarum disputationum, parte 1. quæst. 8. cap. 8. asserit possibilitates rerum esse ipsas entitates rerum à se ipsis extra causas existentibus, eatenus solum distinctas in statu possibilitatis, quatenus diversa prædicata vel diverso modo eadem prædicata illis attribuuntur; itaque author iste asserit illud esse positivum creaturarum possibile esse à se independentem à Deo actualiter, licet sit dependens possibiliter, & per possibilem dependentiam, & causalitatem seu in actu signato, & non in actu exercito, ut alij asserunt, atque ideo asserit esse illud positivum potentiale, distinctum realiter ab esse Dei, ut unum ens positivum ab alio ente positivo.

Hanc Basilij sententiam videtur sequi Pater Granado tom. 2. in primam partem, tract. de divina potentia, disput. 7. sect. 2. quatenus illam maxime laudat,